Prima. omne nomē ꝓpriū in sua ꝓpria significatione sumptuꝫ supponit discrete. vt iohs currit. Dico notanť in ꝓpria sua significatione sumptū. qꝛ nomen ꝓpriū transsūptiue sumptū non supponit discrete sꝫ cōmuniter. vt nero ꝓ crudeli. ⁊ salomon ꝓ sapiente. silr in ista. omnis petrus ē mirabilis. iste terminus petrus non supponit discrete sed distributiue. ⁊ supponit communiter ꝓ conditionibus petri. ⁊ sic p̄dicta ꝓpō valꝫ tm̄ petr⁹ secundū oēs cōditiōes suas ē mirabilis. simile hui⁹ d̄r p̄mo p̄oꝝ. om̄is micalus musicus cras corrūpeť. ¶ Scda regula. subiectū ꝓpositiōis singularis: si supponit: supponit discrete. vt iohs currit. Dico notāter si supponit subctm̄ ꝓpositiōis singlarꝫ qꝛ si sbctm̄ ꝓpōis singlarꝫ esset t̄min⁹ fict⁹: ñ suppōeret Rō qꝛ oīs t̄min⁹ supponēs aut dꝫ ſcare rē vlez vel particularē. sꝫ termin⁹ fict⁹ nec ſcat rē vlez nec particularē. ficta ei solū sūt entia scdm imaginattonē Alij tñ dicūt ꝙ termini ficti supponūt. ⁊ licet non supponūt ꝓ reb; q̄ sūt tñ supponūt ꝓ reb; que possūt imaginari. ¶ Tertia regula. Nūq̄ꝫ est suppositio discreta nisi quādo terminus discretus supponit discrete. Rō quia omnis terminus aut est cōmunis aut singularis vl̄ discret⁹. sed terminus cōmunis nō pōt supponere discrete: sed supponit communiť. igiť terminus singuleris suppouit discrete. ⁊ etiā qꝛ ꝓpria passio non dereliquit suū subiectū: mō ꝓpriū est termino discreto ⁊ singulari supponere discrete ⁊ singlr. sicut ꝓpriū est termi-

no cõmuni supponere pro multis. Sequit corrollarie primo q sub termino supponẽte discrete nõ fit descensus. Nõ. qz descensus fit ad inferiora termini. mõ terminꝰ singularis nõ habz inferius se. singulare eñ est infimũ z vltimũ. modo vltimo non dat inferius nec vlterius. Sequit corrollarie scõdo q licet albus iohs est inferius ad iohs hoc solum est materialiter z accidentaliter z non essentialiter.

## Notãdũ quarto z vltimo q cõmuniter logici assignãt

sex regulas quib cognoscit terminꝰ singularis q discrete supponit. Q oẽ nomẽ ꝓprijs in sua ꝓpria ꝓcatione sumptũ est terminus singularis vt iohs ¶ Scõda regula omne aggregatũ ex termino cõmuni z pnoie demõstratiuo primitiuo est terminꝰ singularis z supponit discrete. vt iste homo currit. ¶ Tertia regula. oẽ aggregatũ ex termino cõmuni z noie ꝓprio recti casus mediate vel etiã mediate q q̃vel qõ. est terminus singularis. exemplũ primi hic sortes. exẽplũ scõi ens qõ ẽ sortes. Nõ. qz talia cõplexa z aggregata supponũt p vno solo qõ ẽ ꝓprium termini singularis. ¶ Quarta regla. aggregatũ z copulatũ ex terminis singularib est terminus singularis z supponit discrete. vt iohs z petrꝰ currũt. hoc cõplexũ iohs z petrꝰ est terminus singularis q supponit p vno solo. Sequit corrollarie q licz hoc cõplexũ iohs z petrꝰ accipit p pluribus. qz p iohe z petro. ꝫ hoc nõ est diuisim ꝫ cõiunctim. Sitr patz in ista. isti hoies currunt. h cõplexũ isti hoies ẽ terminꝰ singularis z supponit p pluribus coniunctim ꝫ nõ diuisim. ¶ Quinta regla. disiunctũ ex terminis singularib ẽ terminꝰ cõis. vt iohs vel petrus currit. Nõ. qz tale disiũctuz supponit p pluribus p modũ pluriũ. qõ repugnat termino singulari. ¶ Sexta regla. disiũctuz ex vno termino singulari z alio cõi totũ disiunctuz est terminꝰ cõmunis. ¶ Sequit corrollarie primo q termino singulari nõ conuenit nec bene addit signũ vle affirmatiuũ. oz eñ qnto metaph. Nemo dicit bñ. omnis socrates. Nõ qz signũ vle addit termino q habz multa suppositа. dicet eñ inferꝰ q hoc signũ vle. omis in termino cui addit ad minus exigit tria appellata z suppositа actu vel aptitudine. z postea dicet distributio ẽ multiplicatio termini cõis p signuz vle facta ¶ Sequit corrollarie scõo q in ista ꝓpositõe. non socr. cur. ista negatio nõ q̃ habet distribuere nõ addit huic termino singulari sortes rõne distributionis ꝫ rõne negationis. terminꝰ eñ singularis bñ põt negari sed nõ distribui. vt eñ dicet inferꝰ. Negatio hz duplex officiũ. vt distribuere z negare. ¶ Sequit corrollarie tertio q in ista ꝓpositõe totꝰ sortes est minor sorte. tenẽdo totꝰ vt est signũ vle affirmatiuũ impurum nõ addit huic termino singulari sortes nec distribuit ipm. ꝫ huic termino cõmuni incluso scz pars q̃niam distribuit. z valet pdicta ꝓpositio tm. q̃libet pars integralis sor. est minor integro sorte. z hoc ẽ verũ quia pars semp ẽ minor toto. ¶ Sequit corrollarie quarto q in ista ꝓpositione. Omnis petrus est mirabilis. iste terminꝰ singularis petrus nõ distribuit ꝓ suppositis sed ꝓ conditionib. vt dictũ est ante. similiter in ista. Omnis micalus musicus cras corrũpetur. ¶ Istis notabilib sic stantib est Cõclusio respõsalis. Diuisio suppositionis in communẽ z discretã cũ diffinitionib suppositionis cõmunis z discrete sũt bene assignate. veritas cõclusionis patz ꝓ ambab partib ex notabilib ¶ Arguit primo. diuisio suppositionis in cõmunẽ z discretã nõ est sufficienter posita. igitur, pbatur omnis diuisio debet exprimere z euacuare totaz naturã diuisi. sed ista non est huiusmodi. ergo non valz. maior est boetij in libro diuisiõnũ minor. quia aliqua est suppositio transumptiua vt lupus est in fabula. lupus supponit ꝓ inimico. similiter nero supponit ꝓ crudeli. z salomõ ꝓ sapiẽte. Dico conclusio intelligit de suppositione ꝓprie dicta. iste aũt sũt suppositiones cõmuniter dicte. vel etiã dico q cõprehẽdunt sub illis. qz aliqua ẽ suppõ transsũptiua. q̃ fit p terminuz cõem vt lupus est in fabula. z illa cõprehẽdit sub cõi suppositione. Et aliqua est suppositio transsũptiua q̃ fit p terminũ singularez. vt nero. salomon. z illa cõprehenditur sub suppositione discreta. ꝑma tamẽ solutio est melioz.

**Arguitur** scdo. Pe. his. insufficienter ponit diuisiones suppositionuz hic ⁊ in sequētib; ꝓbat. qꝛ aliqua est suppositio formalis vt cū terminus mentalis ſcat rem realē. vt in ista mētali. hō est animal. Similiter aliqua est suppositio materialis vt in ista. homo est nomē. amo est verbū. ¶ Dico verū argumentū cōcludit ꝙ suppō materialis ⁊ formalis ſt suppositiones terminoꝝ cōmuniter dicte. ſz pe. his. determinat hic de suppositione ꝓprie dicta: cuius ꝑncipiū est vox ⁊ ſcatio vltimata/ constat aūt ꝙ suppō formalis nō fit pro ſcatione vltimata. qua termin⁹ mentalis naturaliter ſcat rem cuius est. termini em̄ mentales non sunt impositi ad ſcandū. siue enim volo siue nolo semꝑ cōceptus hominis ſcat hominē. Significatio aūt vltimata ē ad placitū. sic etiā suppositio materialis nō est suppositio ꝓprie dicta. vnde ⁊ ipsa non ꝑtinet ad logicū qui cōsiderat res ſcatas per voces. sed potius pertinet suppositio materialis ad grāmaticū qui est artifex litterarū ⁊ vocū pro quibus fit suppō materialis ¶ Sequit̄ corrollarie ꝙ in ista oratione. magistri est genitiui casus. magistri nō supponit pro se. nec hic est genitiui casus qꝛ reddit suppositū huic ꝟbo ꝑsonali scz est. modo genitiu⁹ nō reddit suppositū ꝟbo ꝑsonali. sed hec dictio magistri in orōne ꝑdicta accipit̄ materialr nō pro se sed ꝓ illa dictione magistri in alia oratione posita. vt in ista. magistri interest legere. sic etiam dicat̄ de ista amo est verbum.

**Arguitur** tertio. Aliquis est termin⁹ supponēs q̄ nec supponit discrete nec communit̄ igit̄ diuisio ē insufficiēs. añs ꝓbat̄. de subiecto hui⁹ ꝓpōis. ens qd̄ est sortes currit. qd̄ nec supponit discrete nec ꝯmunit̄. ꝓbat̄ ꝙ nō discrete. qꝛ ibi ponit̄ ille termin⁹ cōmunis ens q̄ ſcat plura. qꝛ omia mūdi. Vñ dixit Auicēna Nihil ē qd̄ rōnem entis subterfugit. mō termin⁹ discret⁹ nō ſcat plura. Et ꝓbat̄ etiam ꝙ subiectū ꝑdicte ꝓpōis non est terminus singularis vel discretus. Nulli termino singulari cōueniēter addit̄ signū vl'e. sed huic complexo. ens qd̄ est sor. conuenienter additur signum vniuersale igit̄. Maior est aristo. v. metaph. cū dicit. nemo dicit bene. omnis socrates. Minor qꝛ bñ d̄r. om̄e ens qd̄ est sor̄. Sz pro scda parte ꝙ hoc cōplexum. ens qd̄ est sor̄. nō est termin⁹. cōis nec supponit cōmuniter ꝓbatur. qꝛ supponit ꝓ vno solo. qꝛ ꝓ sorte rōne restrictionis. vt dictū est in notabili quarto circa tertiam regulaz ¶ Dico verum argumentū concludit ꝙ hoc cōplexum. ens qd̄ est sortes. nan est terminus discretus nec supponit discrete essentialiter ⁊ rōne ſcationis essentialis. sed rōne restrictionis ⁊ ſcationis accidētalis: Et licet nulli termino singulari ⁊ discreto simplici additur signū vl'e affirmatiuū. tamen complexo potest addi. ⁊ sic contingit in ꝓposito. Alij etiam dicunt ꝙ huic aggregato. ens qd̄ est sortes. non additur signū vniuersale ratione totius. sed bene rōne partis. scz ens.

**Arguitur** quarto. Suppō cōmunis nō fit ꝑ terminū cōmunē. igit̄ diffinitio suppositionis nō ē bñ posita. ꝓbat̄ añs. In istis ꝓpōib;. sol lucet. fenix volat. subiecta supponūt cōmunit̄ ⁊ suppōe cōmuni. ⁊ tñ subiecta nō sunt termini cōmunes. assūptū ꝓ ꝑma parte notū est. ꝑdicte em̄ ꝓpositiones sūt indiffinite. in ꝓpositione aūt indiffinita subiectū supponit̄ cōmunit̄. vt oēs logici ꝯcedūt. Sz ꝓ scda parte ꝓbat̄ ꝙ sol fenix mund⁹ nō sūt termini cōes. terminus cōis ꝑdicatur d̄ pluribꝫ. sed sol mundus fenix solū ꝑdicant̄ de vno. ergo non sūt termini communes. Maior patz ex diffinitione termini cōis. Minor: qꝛ vn⁹ est sol. vn⁹ est mūdus. vt d̄r ꝑmo celi. ¶ Dico ꝙ isti termini sol mundus actu solū ꝑdicantur de vno: sed aptitudine predicantur de pluribus. ⁊ illa aptitudo tenet se ex parte forme ipārum rerum quas res significāt tales termini. forma enim talium rerum cōicaret se multis. Sed est defectus ex parte materie. similiter licet vnus est fenix actu: tamen successiue generantur multi. vt deducit aristo. in libro de animalibus.

**Arguitur** quinto. Suppoistio cōmunis fit ꝑ terminū discretū ⁊ nō cōem. igit̄: ꝓbat̄. qꝛ hoc cōplexum sortes vel plato supponit cōiter ꝓ pluribꝫ: ⁊ est

terminus discretus. pz q̄a totū non est aliud nisi partes simul sumpte. vt dicitur p̄mo phicoꝝ. sed quelibet pars eius est terminꝰ singularis ⁊ discretꝰ. et p ꝯñs totū aggregatū est terminus discretꝰ ⁊ singularis. ¶ Dico veꝝ argumentū cōcluderet si hoc cōplexū soꝛ vel plo supponeret. ꝓprie enim loquendo suppō habet fieri circa terminū incōplexum. sed cōplexū hz modū termini supponētis ⁊ accipit̄ ꝑ pluribꝰ. vt dictū est in quarto notabili circa quintā regulā. ¶ Sequitur corollarie q̄ hec ꝯñtia non valet. sortes est terminꝰ singularis vel plato est terminꝰ singularis. igitur. sortes vel plato ē terminꝰ singularis. q̄ non arguit̄ a diuisis ad coniūcta.

Arguere eñ a diuisis ad coniuncta. vt dicit̄. ij. piermeniaꝝ nō valet in p̄dicatis pure substātialibꝰ. sed in vno substātiali et alio accñtali. vt iohes est albꝰ. ⁊ iohes est hō. igit̄ iohes est albꝰ hō. mō hic arguitur in p̄dicatis pure substātialibus.

**Arguitur** sexto. Suppositio discreta non fit ꝑ terminū discretum igit̄ dīo suppositionis discrete nō valet: ꝓbatur añcedens in ista. hō est spēs. homo est terminus discretꝰ. et tñ nō supponit discrete. Assumptū ꝑ p̄ma pte q̄ in ista hō est spēs. homo sit terminꝰ singularꝫ ⁊ discretꝰ. pz qꝛ iste terminꝰ hō accipitur ꝑ vnica natura. vt humana q̄ est discreta ⁊ distincta ab alijs naturis ⁊ vna natura. ⁊ g̊ dixit Porphiriꝰ. participatiōe spēi plres hoīes sunt vnus hō. Sz ꝑ secūda parte scz q̄ iste terminus hō nō supponit discrete. pz qꝛ supponit simplr̄ vt postea dicetur. mō suppō simplex est spēs suppōnis cōmunis ⁊ nō discrete vt dicetur inferius. Dico verū argumentū ꝯcludit q̄ in ista. hō est spēs. homo est terminus discretus ⁊ singlarꝫ singlaritate nature. qꝛ supponit ꝑ vna natura vt humana. q̄ ē spēs. sed nō est terminus singularis singularitate suppositi.

**Arguitur** septimo. Suppositio discreta nō fit ꝑ terminū singularē vel discretū ergo dīo suppositionis discrete non valet. probatur añs. qꝛ in ista ꝓpōne aliquis homo currit. hic est terminꝰ discretus aliq̄s hō ⁊ tñ nō est suppō discreta. ꝓbatur ꝑ p̄ma parte q̄ aliquis homo sit terminꝰ discretꝰ vl̄ singlaris q̄a aliquis homo est substātia prima vt exēplificat aris. in p̄dicamēto sube circa diffinitōz prime sube. modo suba prima est q̄d discretū et singulare. Sed q̄ hoc cōplexum aliquis homo non supponit discrete: probatur. quia terminus discretus significat vnū ⁊ supponit pro vno. sed aliquis homo significat multa ⁊ supponit ꝑ pluribꝰ. de quolibet enim homine est verū dicere aliq̄s homo. vt iohannes est aliquis homo. petrus est aliquis homo. ⁊ sic de alijs

¶ Dico verum argumentū concludit si aliquis homo esset terminus discretus ⁊ indiuiduū signatū. sed aliquis homo bene est indiuiduū vagū. ⁊ hoc indiuiduū vagum est terminus cōmunis. Aristo. ergo in p̄dicamētis dixit q̄ aliquis homo est prima substantia. verū ē circūlocutiue sed non existenter. ⁊ ergo solū posuit hoc exemplariter ⁊ non existenter. vt hoc declartur circa diffinitionem prime sube in p̄dicamēto sube.

**Arguitur** vltimo. Pronomina demonstratiua primitiua nō possunt facere terminum singularez cū adiunguntur termino communi. igitur dīo suppositiōis discrete nō valet. ꝓbat̄ añs. Illud q̄d ex se est incertū ⁊ indeterminatū non potest facere certitudinē ⁊ determinationē. sed ꝓnomīa oīa ex se sunt incerta ⁊ īdeterminata. igitur. Maior q̄a nihil dat q̄d nō habet. p̄mo elencoꝝ. Et etiā aliq̄d ageret vltra gradū sue ꝑfectiōis q̄d est ꝯtra cōmentatorem. xij. methice. Pronomīa eñ darent alteri certitudinē et ex seipsis sunt incerta. Minor q̄a ꝓnomīa ꝑcāt ꝑ modū indeterminate apprehēsionis. vt dicūt grāmatici. et priscianus dixit p̄mo minoris. ꝓnomina ad omne suppositū mūdi pertinent.

¶ Dico verum argumentū ꝯcludit q̄ ꝓnomina extra demonstrationē ⁊ relationem posita ꝑcant incerte ⁊ indeterminate essentialiter. tñ ꝓnomīa in demōstratione actuali et relatione ꝑcant certe ⁊ determiate acccñter. et sic argumentū non concludit.

## Utrũ diuisio suppositionis communis in naturalem et accidentalem. ⁊ diffinitio suppositionis naturalis et accidentalis sit bñ assignata

Pro intellectioee huius questiõis mote. Sciendũ ꝙ questio duo querit. Primo vtrũ diuisio suppositiõis cõmunis qua diuidit̃ in suppositionem naturalẽ et accidentalẽ sit bene assignata. Secũdo querit vtrũ dĩo suppositionis naturalis ⁊ accidentalis sil̃r sit bñ assignata. Pro intellectione ergo partis prime.

## Notãdũ primo. ꝙ diuisum pñtis diuisionis est suppõ

communis. mẽbra aũt diuidẽtia partialia sunt natural̃ ⁊ accidẽtalis. sumuntur enim sine diuiso. Unde s̃m intentionẽ Bohetij in libro diuisionũ mẽbra diuidẽtia sunt duplicia. Quedam sunt mẽbra diuidẽtia totalia: q̃ scz sumuntur cũ diuiso. Mẽbra vero diuidẽtia partialia sunt q̃ sumuntur sine diuiso.

¶ Sequitur corollarie primo ꝙ in ꝓposito mẽbra diuidẽtia totalia sunt suppõ cõmunis naturalis: ⁊ suppõ cõis accñtalis partialia aũt sunt naturale et accidentale:

Sequit̃ corollarie secũdo ꝙ Boetius dicẽs ꝙ diuisum dz vere et affirmatiue p̃dicari de mẽbris diuidẽtib̃. verꝫ est de mẽbris diuidẽtib̃ totalib̃ et nõ partialib̃. Uñ licet hec non est vera. omne naturale est suppõ cõmunis. sil̃r hec non est vera. omne accñtale est suppõ communis. tñ hec est vera. omnis naturalis suppositio est suppositio cõmunis. sil̃r ista: omnis suppositio accidentalis est suppositio cõmunis

## Notandũ secundo ꝙ Suppositio naturalis s̃m intentionem peetri hispani in textu

Est acceptio termini communis ꝑ omnibus his s̃catis a quib̃ s̃catis aptus natus est talis termin⁹ participari. ⁊ hoc fit qñ termin⁹ cõmunis accipit̃ gñaliter ꝑ oĩbus illis ꝑ quib̃ ex sua s̃catione est imposit⁹ ad s̃candum. vt qñ iste terminus hõ accipitur ꝑ se et absolute: tunc ipse supponit. ⁊ accipitur ꝑ oĩb̃ his ꝑ quib̃ est impositus ad s̃candũ. vt ꝑ pñtib̃ p̃teritis et futuris: Impositio em̃ alicui⁹ vocis non est facta ꝑ reb̃ ad certũ tẽpus: sed gñraliter ad omne tẽpus: Unde pulcre dixit magister iohes Iosse in suis modis s̃candi: Circulus vt vinũ sic vox cõcepta recludit: Quicq̃d repñtat nõ tẽpus mobile trudit. Defuncto socrate. socratẽ sua dictõ monstrat. Intellectus agens hoc ꝑ fantasmata monstrat. Sortis ydea manet si sortes nõ videat̃. Nã dũ vox signat nullũ tẽpus speculatur. Dicitur aũt suppositio natural̃ duplici de causa. Prima q̃ sicut q̃libet res habet suã naturã ꝓpriam s̃m se ꝑ quã distinguitur ⁊ diuiditur a quolibet alia re. sic etiã terminus qñ accipit̃ ꝑ se sine adiunctione alterius termini d̃r supponere naturaliter. vt ille terminus homo qñ solitarie accipit̃ tunc d̃r supponere natural̃r ꝑ omnib̃ suis suppositis ⁊ s̃catis vt oĩbus hoĩbus tã presentib̃ p̃teritis q̃ꝫ futuris. Illud aũt naturale d̃r q̃d ꝯuenit rei ꝑ se ⁊ nõ ꝑ aliud. vt naturale est hoĩm ꝙ homo sit rõnalis. q̃ hoc conuenit homini ex sua natura ⁊ ab aĩa rõnali. Secũda ratio q̃ sicut illud naturale d̃r q̃d ꝯuenit alicui rei a principio intrinseco suo: vt d̃r. ij. phicoꝝ. vt lapidi naturale est ꝙ moueat̃ deorsuꝫ a natura sua. sic ⁊ suppositio naturalis ꝯuenit termino rõne sui principij intrinseci: vt s̃cationis q̃ est termĩo intrinseca: s̃catio em̃ est forma termini: modo forma est principiũ intrinsecũ rei

Sequitur corollarie ꝙ suppositio naturalis habet q̃ttuor noĩa: Primo nominatur naturalis: quia conuenit termino ratione nature sue: que est s̃catio termini plenaria ⁊ perfecta: ⁊ ratione illius etiam posset dici essentialis: quia scz sequitur principia essentialia termini ⁊ maxime significationem Secundo suppositio naturalis nominatur suppositio absoluta: quia fit absolute et simpliciter pro omni significatione termini et generaliter pro omnibus significatis termini: et etiam quia suppositio naturalis conuenit termino per se et absolute sine additione alterius termini.

Tercio dr suppō potentialis. quia cū termin⁹ supponit suppōne naturali tunc accipitur p omni potētia sua ⁊ latitudine: ⁊ simplr p omnib⁹ fcatis suis ad quodlibet tp̄s gn̄raliter. Posset ⁊ dici aptitudinalis. qr qn̄ terminus supponit suppōne naturali tūc non respicit supposita ⁊ certū tempus: sed p aptitudinē ad omnia supposita p indrn̄tiā ad quodcunqꝫ tēpus se habet. Quarto. suppositio naturalis vocat suppō p idifferentiā. quia terminus sic supponēs vt dictū accipitur indr̄nter p oib⁹ suppositis irrestricte ⁊ illimitate ad quodcunqꝫ tempus. ¶ Sequit corollarie primo. suppō naturalis solum fit extra ꝓpositionē. Ratio prima. quia termin⁹ in ꝓpōne positus ⁊ supponens limitatur ad certū tempus. aut ad p̄sens. vt hō est aīal. aut ad p̄teritū. vt homo fuit animal. aut ad futur. vt homo erit animal. Et hec limitatio fit p copulā cum aliq̄ adiuncto vt predicato. Constat aūt q copula ⁊ predicatū non pmittūt terminū positum in subiecto accipi ⁊ stare p quolibet supposito ad quodcūqꝫ tēpus. sed ad vnum tempus certū tantū per illud adiunctū expressum. vt patet in exēplis p̄dictis. Rō secunda quia suppositio naturalis est acceptio termini absoluta in latitudine sue fcationis. Constat aūt q acceptio termini in ꝓpositione semper est acceptio restrictiua. sp enim predicatum habet habitudinem ad subiectū. et econuerso subiectū ad predicatum. eo q subiectum habet rōnem materie: et predicatū forme. vt dicetur in tractatu restrictionū. modo materia habet habitudinē ad formā: ⁊ forma ad materiā. vt dicit secundo phisicor. et consequens terminus cōmunis in ꝓpōne nunq̄ habet suppositōnem naturalem sed accidentalem.

## Notandū tertio q Suppositio accidentalis fm petrum hyspanū diffinitur sic.

Est acceptio termini cōmunis p omnib⁹ his suppositis p quibus exigit sibi adiunctū. vt homo currit. iste terminus homo supponit pro p̄sentibus. sed homo fuit currens p preteritis. ⁊ cum dicitur homo curret vel homo erit currens supponit p futuris Pro intellectu dīois suppōis accidentalis. Sciendum q suppositio accidentalis opposito modo se habet cum suppositiōe naturali. quia suppositio naturalis fit pro tota amplitudine fcationis ipsius termini quo ad om̄e tempus. suppositio aūt accidētalis non fit p tota amplitudine fcationis termini p quolibet tempore. sed p vna parte fcatiōis termini ad vnū tēpus. aut ad presens tantum: aut p̄teritum tm̄. aut futurū tm̄. Dicitur aūt suppositio accn̄talis ideo. quia hoc accidit termio ratione copule ⁊ adiūcti hoc est predicati: q terminus accipitur p certꝫ suppositis ad certū tēpus et non pro omnib⁹ suppositis ad quodlibet tēpus gn̄raliter. Habet autem suppositio accn̄talis nōia. Primo vocat accn̄talis cuius ratio dicta est. Secūdo vocatur actualis. qr terminus sic supponēs accipitur tantū p fcatis vnius tēporis actu. vt p p̄ntibus tm̄. vel preteritis tm̄. vel p futuris. Tercio vocatur suppō respectiua. qr fit respectu alicuius additi vel adiuncti. Quarto dicitur ꝯtracta quia terminus in ea contrahitur fm diuersitatē predicatorū fm quā terminus tenet ¶ Sequitur corollarie q suppositio nō dicit accidētalis qr accideret termio. quia sic omnis suppō esset accidentalis. sed dicit accidētal quia conuenit termino ab extrinseco aliquo adiuncto. vt declaratū est superius.

## Notādū quarto et vltimo q suppositio naturalis vno modo est perfectior suppōe accidentali.

et suppō accn̄talis alio mō est pfectior naturali. Non est enim inconueniēs vno modo aliquā rē esse pfectiorē alia. ⁊ alio mō imp fectiorē fm diuersos respectus et diuersas cōparationes. sicut in simili celū vno mō est perfectius q̄ hō vel aliud viuens. qr celū agit in res in hoc mundo. modo omne agens est p̄stantius ⁊ pfectius passo: vt dr. iij. de aīa. Et etiā quia celū ē incorruptibile ⁊ inalterabile. inferiora aūt sunt alterabilia. mō incorruptibile est perfectiꝰ ⁊ mobiliꝰ corruptibili. vt dicitur primo celi. Homo autē qr viuit vel aliud animal et animatum

est perfectius celo qō non viuit. Semper em̄ viuens vt sic sez inquantū viuens est p fectius nō viuente. et aiatum est perfectius nō aiato. vt 02 pmo de anima. Sic t in p posito dici potest. vno mō em̄ suppositio naturalis perfectio2 est suppositione acciden tali. alio aūt modo suppositio accidētalis pfectio2 est naturali. Vnde p isto [illegible] intel ligendo. Sciendū q duplex est pfectio rei. Quedā est perfectio rei formalis. t sic ista res dicitur pfectio2 cuius forma est pfectio2. vt homo est perfectio2 asino rōne forme et anime. anima em̄ humana q2 est incozruptibilis est pfectio2 aia asini. q̄ est cozrupti bilis. Alia aūt est pfectio finalis t sic ista res 02 pfectio2 q̄ citius potest attingere suum finē in quē 02dinatur. Puer ita q3 primogenitus in mundū est pfectus pfectiōe forma li. q2 habet animā rationalem: t est homo. sed puer nō est pfectus pfectione finali. qa non potest in operationē hois adhue ꝓpter cozpozis debilitatē. Ista perfectiōe finali vir est pfectio2 puero. q2 vir agit opationes suas a natura sibi datas et cōcessas. puer aūt ꝓpter cozpis imbecillitatē t debilitatē. vt dictū est: nō potest opatiōes hois pficere Suppositio ita q3 accidētalis est pfectio2 suppōne naturali: loquēdo de pfectiōe finali suppōnis. Ratio q2 finis suppōnis est cognoscere veritatem t falsitatem ꝓpōnis. mō terminus supponēs accīr actualiter ponit̄ in ꝓpōne vera vel falsa. terminus aūt supponēs suppōe naturali actualiter nō ponit in ꝓpōne: sed habet aptitudinē ad hoc q ingrediatur t ponatur in ꝓpōne. t p ꝓns actu nō attingit finē suppōis. Sed loquēdo de perfectione formali: tunc suppositio naturalis est perfectio2 suppositione acciden tali. Ratio q2 terminus supponēs suppōne naturali accipitur in tota sua forma t sig nificatione t in amplitudine sue fcationis. terminus aūt supponens accīr accipit ꝑ parte sue forme t fcationis. ꝓstat autem q totū est perfectius sua parte. Istis notabi libus sic stantibus est.

**Conclusio rñalis. Diuisio suppōis communis in** suppositionem naturalē t accidentalē. similiter diffinitio suppositionis naturalis t ac cidentalis sunt sufficiēter assignate. veritas huius conclusionis patet ex notabilib⁹ in questione positis.

**Arguitur** primo. Suppositio cōmunis male diuiditur in suppōez naturalez et accidentalē. pbat. nihil diuidit nisi quantū. sed suppositio nō est quā ta. igitur. Dato2 est Aristo. vi. phisico2. Solum enim res quāte t corpozee diuidun tur. hoc idē Aristotiles pbat. v. metbice. Dino2 q2 suppō est accidēs: termini suppo nentis. nullū aūt accidēs fm se est quantū. omne enim accidēs est forma. omnis autē forma est simplex vt ostendit Silber. porrita. in suis sex principijs. ¶ Dico vez argu mentū ꝯcludit. gō nihil diuiditur nisi quantū. verū est de diuisione reali que fit in par tes quātitatiuas. sed hic suppositio diuiditur diuisione logicali. q3 magis cōmune in fcando diuiditur in minus cōmunia in fcando.

¶ Sequitur cozollarie q licet suppositio cōmunis nō habet partes integrales t q̄n titatiuas. habet tamen partes subiectiuas t partes potestatiuas.

**Arguitur** secundo. Nulla est suppositio naturalis igitur diuisio non valet. pba tur antecedens: si vnū oppositozum fuerit in natura tūc t reliquū po test esse. sed nulla est suppositio violenta. ergo nulla est naturalis. Dato2 est Aristote lis in postp̄dicamentis. Dino2 est nota. si esset aliqua suppositio violēta tunc pet⁹ hyspans insufficiēter determinasset de suppositionib⁹ quia nullam posuit violentam. ¶ Dico verum argumentū concluderet si in ꝓposito naturale acciperetur vt opponi tur violento. quomodo capitur' quinto phisicozum. sed hic capitur naturale vt oppo nitur accidentali. Vel dico q suppositio accidentalis aliquo modo potest etiam dici violenta quia terminus in suppositione accidentali trahitur t alienatur a sua signifi catione naturali vt dictum est ante.

# De Suppositione naturali

**Arguitur** tertio. Nulla est suppositio accidentalis ꝗ diuisio non valꝫ; ꝑbat̃ añs. illud qđ est ꝓpriũ non est accñs. sed suppõ est ꝓprietas termini ergo non est eiꝰ accñs maior qꝛ accñs ꝓpriũ ⁊ accñs cõe sunt p̃dicabilia distincta vt oñdit porphirius in ysagogis suis. minor patꝫ ex dictis. suppõ em̃ orit̃ ex p̃ncipijs intrinsecis termini q̃ sũt vox ⁊ significatio. ¶ Dico verũ argumentũ cõcludit si suppõ diceret̃ accidentalis ideo ꝙ absolute accideret termino. qꝛ sic omnis suppõ esset accidentalis. omnis em̃ suppõ accidit termino ⁊ est eius ꝓprietas. Sꝫ đꝛ suppositio accidẽtalis qꝛ cõuenit termino ab obliquo extrinseco ei adiuncto vt copula ⁊ p̃dicato. vt declaratũ est supra.

**Arguitur** quarto. Omnis suppositio est naturalis. igit̃ nulla est accidentalis. ꝑbat̃. oẽ illud est naturale qđ sequit̃ naturã ⁊ principia essentialia rei sꝫ omnis suppositio sequit̃ p̃ncipia essentialia termini supponentꝫ. ergo suppositio est naturalis. maior est aris. ij. phicoꝝ. minor patet. qꝛ omnis suppositio sequit̃ vocẽ ⁊ significationẽ termini. modo vox ⁊ ſcatio sunt p̃ncipia essentialia termini supponentꝫ: vt dictũ est añ. vox p̃ncipiũ materiale ſcatio p̃ncipiũ formale. ¶ Dico veꝝ argumentũ cõcludit ꝙ significatio absoluta est p̃ncipiũ essentiale termini supponentꝫ. ⁊ quãdo terminus accipit̃ in tali significatione tunc supponit suppositione naturali. sed suppositio accidentalis orit̃ a significatione termini respectiua q̃ fit rõne copule ⁊ p̃dicati. ⁊ ergo talis significatio non fundat ⁊ facit suppositionẽ naturalem sꝫ accidentalem.

**Arguitur** quinto. Suppositio accidentalis nõ est suppõ igit̃ diuisio non valet ꝑbat̃ añs. suppõ accidẽtalis est q̃dam restrictio. sed restrictio est quedã ꝓprietas termini distincta a suppositiõe. ergo suppositio accidẽtalis nõ est suppõ. Maior patꝫ: in ista hõ currit. in qua iste terminus homo supponit accidẽtal̃r pro hominibꝫ p̃ntibꝫ tantũ ⁊ restringit̃ ꝑ eis ꝑ hoc verbũ currit qđ est p̃ntis tẽporis tm̃. Minor est logicoꝝ oĩm qui ponũt restrictionẽ esse spẽalẽ ꝓprietatez. terminoꝝ distinctã a suppoẽ. ¶ Dico verũ argumentũ concludit ꝙ suppositio est quedã restrictio materialiter ⁊ aliqñ. non tñ formal̃r. pꝫ qꝛ restrictio ẽ ꝓprietas termini supponẽtꝫ ꝑsonal̃r. cõstat aũt ꝙ terminꝰ potest supponere suppositione accñtali ⁊ nõ ꝑsonali. vt patꝫ in suppositione simplici in qua terminꝰ supponit accidental̃r ⁊ non restringitur ꝓprie. qꝛ talis non supponit personaliter.

**Arguitur** sexto. Terminus in ꝓpositione etiã supponit natural̃r ergo dicta non valent. ꝑbat̃ añs. in ista ꝓpositione. homo est animal. subiectũ homo supponit natural̃r ex suppositione naturali. ꝑbat̃. Illud supponit natural̃r qđ accipitur per se. sed in ista ꝓpositione homo est animal. sil̃r hõ est risibilis. subiecta accipiũt̃ per se igit̃. Maior patet ex dictis. terminus em̃ supponit natural̃r qñ accipit̃ per se. Minor qꝛ ambe p̃dicte ꝓpositiones sũt per se. p̃ma em̃ vt homo est animal est per se in p̃mo mõ ꝑseitatꝫ. ⁊ scđa hõ est risibilis est in scđo modo perseitatis vt đꝛ p̃mo posterioꝝ. ¶ Dico verũ argumentũ concluderet si per se in ꝓposito acciperet̃ vt importat modũ ꝑseitatis. sed capit̃ hic per se. vt valꝫ tantũ sicut solitarie. vt cũ dico absolute homo. iste terminus homo accipit̃ per se sine additione alicuius adiuncti. ⁊ ergo supponit naturaliter.

**Arguitur** septimo. Suppõ naturalis fit in ꝓpositione. ꝑbat̃ sic. Illud supponit natural̃r qđ est de natura alicuius. sed in ista hõ est animal. hoc p̃dicatũ animal est de natura hominis. igit̃ animal in ꝓpositione supponit natural̃r. Maior est nota. qꝛ ideo videt̃ terminus supponere natural̃r ꝙ ſcat illud qđ est de natura rei. Minor. quia ista est in materia naturali homo est animal. sed in materia naturali p̃dicatũ est de natura ⁊ essentia subiecti. Dico verũ argumentũ concluderet si suppositio diceret̃ ideo naturalis qꝛ in ea ponit̃ aliquid qđ est de natura rei. Sed đꝛ naturalis. qꝛ terminꝰ sic supponẽs supponit ꝑ tota natura hoc est ſcatione termini abso

lute ⁊ simpliciter ad qdlibet tēpus ⁊ ad omnia supposita. ¶ Sequit corrollarie q̄ licet nihil pōt destitui ⁊ remoueri a sua uatura ⁊ naturali dispositione quo ad aptitudinē. Dicit em̄ cōmentator. xij. metaph. Qui tollit a reb⁹ ꝓprias operationes naturales tollit eaꝝ essentias. tñ quo ad actū hoc pōt fieri q̄ ~~adamas~~ a natura attrahit ferrū. tñ si vngit alleo non attrahit ferrū. vt ostēdit ptolomeus primo quadripartiti. Sic in ꝓposito licet terminus ꝑcatione sua naturali quo ad aptitudinem semp̄ significat omnia sua supposita que eius ꝑcatū participant vt extra ꝓpositionē. tñ aliqñ quo ad actū retrahit ⁊ impedit accidentaliter a ꝑcatione. vt cū ponit in ꝓpositione. Cuꝫ enim dico absolute hō. iste terminus accipit ꝓ omnib⁹ hominib⁹ presentib⁹ p̄teritis ⁊ futuris: Sed cū dico. hō est animal. accipit accidentaliter pro p̄sentib⁹.

**Arguitur** octauo. Terminus in ꝓpositione supponit suppositione naturali. igit dicta non valent. ꝓbat. terminus tūc supponit naturalr qñ accipit ꝓ omnib⁹ illis a quibus natus est participari. sed hoc cōuenit termino in ꝓpositiōe. igit Maior patꝫ ex diffinitione suppositionis naturalis. Minor patet in ista hō est aīal. in qua terminus homo accipit pro p̄sentib⁹ p̄teritis ⁊ futuris. valet enim tm̄. quādo homo est tunc animal est. ⁊ qñ hō fuit tunc fuit animal. ⁊ qñ homo erit tunc erit aīal. ¶ Dico veꝝ argumentū concludit q̄ in ista ꝓpositione homo est aīal. hoc subiectum homo accipit pro omnib⁹ suis suppositis quo ad aptitudinē vel potentiā. sed nō quo ad actū. quia actu limitat ꝑ copula ⁊ p̄dicatū ꝓ p̄sentib⁹ tm̄. ¶ Sequit corrollarie p̄mo q̄ licet in suppositione simplici terminus cōmunis accipit pro natura rei tamen non supponit suppositiōe naturali sed accidentali. In suppositione em̄ simplici capit pro natura aliqua vniuersali. vt hō est spēs. valꝫ tm̄. natura humana est natura specifica. sed in suppositiōe naturali accipit natura pro ꝑcatione absoluta termini quo ad omnia supposita sua ⁊ ad quālibꝫ differentiā temporis. ¶ Sequit corrollarie secundo q̄ licet nulla est suppō substantialis: tñ ex illo non sequit q̄ ergo nulla esset suppō accipentalis. qꝛ accidentale non opponit hic substantiali. Vel possum⁹ dicere q̄ suppositio substantialis cōprehendit sub naturali. quia suppō naturalis etiā vno modo dicit substantialis. vt dictum est superi⁹

## Vtrum diuisio suppositionis accidentalis in simplicem ⁊ personalem cū diffinitione suppositionis simplicis ⁊ eius diuisiōe sit bene assignata.

Pro intellectione questionis mote. Sciendū q̄ ista questio querit duo. p̄mo querit vtrū diuisio suppositionis accidētalis in suppositionē simplicē ⁊ ꝑsonalē sit bene assignata. Scdo querit vtꝝ diffinitio suppositionis simplicis cū suis modis quibus habet fieri sit cōueniēter a pe. his. data. Pro intellectione igit questionis mote.

**Notandum primo q̄ terminus communis habet duplex significatū.** Qdam est ꝑcatū eius principale ⁊ p̄mariū ⁊ directū. qd scꝫ significat ex impositiōe eius primaria ⁊ principali. vt iste terminus hō significatione principali ⁊ primaria significat naturā humanā ⁊ vniuersale vl'r sumptū. iste termin⁹ lup⁹ significatione primaria significat naturā lupinā. Scdo terminus cōmunis habet significatū secundariū minus principale ⁊ indirectuꝫ. ⁊ isto mō terminus communis significat supposita: vt homo significat iohem petrū ⁊ alios homines particulares q̄ participant naturā humanā. ⁊ hāc significationē duplicē terminoꝝ cōim tetigit aris. in tertia ꝓprietate p̄dicamenti substantie cū dixit q̄ scda substātia aut vniuersale primo significat quale quid. i. naturā cōmunem. tñ secūdarie ⁊ ex ꝯñi videt significare hoc aliquid. i. suppositū ⁊ singulare. vnde logici cōmunes dicūt hō hominē ꝑcat ⁊ tñ nullū hominē significat. Volūt enim dicere q̄ iste terminus cōmunis homo p̄marie

ꝛ ꝑmo ſcat hominē in cōmuni ꝛ vniuersale. ꝛ nullū particularem ꝛ singularez homi
nē ſcat ꝑmo licet iste terminus cōmuuis etiā ſcat supposita secūdario ꝛ ex ꝯñti. Cū
ergo termin⁹ cōmunis accipit̄ pro natura vniuersali: tunc supponit simpliciter. vt di
cet̄ inferius. vt hō est species. Cū aūt accipit̄ ꝑ suppositis tūc supponit personalr̄. vt̄
hō erit homo est alb⁹. Sequit̄ corrollarie ꝙ terminus cōmunis pōt habere duplicē
suppositionē accidentalē. vnā simplicē qñ supponit ꝑ natura vniuersali. ꝛ cū ei addū
tur ꝑdicata intentionalia vt hō est spēs. animal est genus. Scdam suppositionē acci
dentalē habz terminus cōmunis cū ei addunt̄ ꝑdicata realia. vt hō currit. hō sanat̄
vniuersale em̄ non ꝑmo currit. nec sanat̄ nisi ex ꝯñti. Dicit̄ em̄ ꝑmo metaph̄. ꝙ oēs
actus ꝛ opationes sūt suppositoꝝ. medicus enim non ꝑmo sanat hominem. sed calliā
aut socratem aut aliud singulare:

**Notanduz secundo pro intelligentia diffinitionis sup**
positionis simplicis. In diffinitione suppositionis simplicis ꝑ genere ponit̄ acceptio
acceptio em̄ ē cōmunior q̄z suppō. oē aūt gen⁹ dz esse cōmuni⁹ q̄z suū diffinitū. Alie
aūt particule ponunt̄ loco differentie. vt cū dr̄ termini cōis ꝑ re vl̄i. cū em̄ dr̄ termini
cōis: suppō simplex distinguit̄ a suppōe discreta. vt iohs currit. Cū autem dr̄ ꝑ re vl̄i
suppō simplex distinguit̄ a suppōe ꝑsonali: q̄ nō fit ꝑ natura vl̄i sz ꝑ suppositis. Dr̄ āt
suppō simplex iō. qr̄ terminus sic supponēs supponit ꝑ natura vl̄i: q̄ ē simplex forma
dās nomē esse ꝛ rōnez suis singularib⁹. vñ ꝛ gilbert⁹ autor sex ꝑncipioꝝ oñdit ꝙ oīs
forma ē simplex ꝛ inuariabilis ſm essentiā suā. Sequit̄ corrollarie ꝑmo ꝙ simplex in
ꝓposito capit̄ vt opponit̄ singulari vel particulari. termin⁹ em̄ supponēs simpliciter
supponit ꝑ natura vl̄i. Sequit̄ corrollarie scdo. ꝙ licz ſm intentionē doc. tho in trac.
dē q̄dita. reꝝ. vl̄e includit materiā ꝛ formā in cōi tñ nō signatā materiā. vñ ꝛ dr̄ ꝙ hō
dr̄ carnē ꝛ os. sz hic hō dr̄ hāc carnē ꝛ hoc os. tñ ꝓpt̄ hoc eq̄ bñ vl̄e ē forma simplex
ꝛ dr̄ naturā simplicē. Necessariū aūt ē ponere suppōem simplicē ꝑ natura cōi: ꝓpt̄ sal
uare veritates multaꝝ ꝓpōnuz cōiter ꝯcessaꝝ. vt hec ē vera. hō ē spēs. nō ꝑ singulari
ꝛ supposito: sz ꝑ natura humana in cōi. Silr̄ hec ē vera. hō ē dignissima creaturarū
nō ꝑ certo supposito hoīs. sz ꝑ natura vl̄i humana. Sic etiā hec est ꝟa. q̄litas est ſm
quā quales esse dicimur: in qua q̄litas nō supponit ꝑ certa ꝛ singulari q̄litate. nulla
em̄ est certa ꝛ singularis q̄litas ſm quā oēs hoīes dicunt̄ esse q̄les. Sic etiā hec est
ꝟa. corpus mobile est subiectū naturalis phie. inq̄ztū corp⁹ mobile supponit simplr̄
ꝑ vl̄i ꝛ nō ꝑ supposito. Nullū em̄ corpus mobile in singulari est subiectum naturalis
philosophie. Scientia enim est vniuersalium ꝛ necessariorum. primo posteriorum.
modo singulare corpus mobile non est vniuersale. ¶ Sequitur corrollarie primo ꝙ
hec ꝓpō. homo est species. est ꝓpō singularis singularitate nature: ꝑ qua supponit ei⁹
subiectum. licet non est singularis singularitate termini. Ratio ꝑmi. quia ei⁹ subiectū
supponit ꝑ natuta humana. modo natura humana est vna natura a deo creata. Rō
scdi. quia iste terminus homo ſm se est terminus communis significans naturaz hu
manā que est communicabilis multis. ¶ Sequitur corrollarie secundo ꝙ dando cō
tradictoriam ꝓpositioni in qua subiectum supponit pro natura communi simpliciter.
non oportet addere hec sincathegreumata omnis nullus quidam. Ratio quia talia
sincathegreumata denotant terminū cui addunt̄ accipi pro suppositis. distribuūt em̄
terminū cōem cui addunt̄. sed sufficit addere ꝛ preponere ante totā ꝓpositionem ne
gationē non. non ratione distributionis pro suppositis sed ratione negationis ꝛ act⁹
negandi. Ostendūt em̄ logici ꝙ non est verius dare contradictionem nisi negationē
preponere toti ꝓpositioni. ¶ Sequitur corrollarie tertio ꝙ sub termino supponente
simpliciter non fit descensus. Ratio quia descensus fit sub illo termino qui supponit ꝑ
inferioribus ꝛ suppositis: modo terminus supponens simpliciter non supponit pro
suppositis sed pro natura communi. ¶ Sequitur corrollarie quarto ꝙ iste mod⁹ ar

guendi non valet. hō est spēs. iohs est hō. ergo iohs est spēs. Ratio quia in tali mō arguendi variatur suppositio in genere. In maiori enim homo supponit simpliciter pro natura communi. ⁊ in secunda homo supponit psonaliter. ⁊ sic committitur fallacia figure dictionis. quia mutatur suppositio simplex in personalem.

**Notandū tertio ꝙ Suppositio simplex est duplex. et** suppositio dr simplex dupliciter. Quedam enim est suppositio simplex simpliciter simplex. quando scilicz terminus communis accipitur pro natura vniuersali ⁊ communi sine inclinatione ⁊ habitudine ad inferiora. ⁊ hoc est proprie simplex. Unde ⁊ dicitur simplex quasi sine plica. ꝛ habitudine ad supposita. Et propositio in qua terminꝰ sic supponit simpliciter nō potest verificari pro aliquo supposito ⁊ singulari. vt homo est species. nullus enim particularis homo est species. Spēs eniz est vniuersale. vniuersale aūt ⁊ singulare opponūtur. vt dicitur primo posteriorum. Alia autem est suppositio simplex. nō tn̄ simplicit̄ simplex sz̄ ꝑm q̄d ⁊ ipropriē simplex. qn̄. s. terminꝰ cōis supponit ꝑ natura cōmuni: cū inclinatione tamē ⁊ habitudine ad supposita licz minꝰ principaliter. ⁊ sic ꝓpositio in qua terminus supponit simpliciter verificat̄ pro natura vniuersali in ordine ad supposita ⁊ inclinatione ad supposita. vt homo est dignissima creaturarum. esse enim dignissimam creaturaꝝ: ⁊ esse creaturā conuenit nature humane in ordine ad supposita in quibꝰ est illa natura humana. ¶ Sequitur corrollarie ꝑmo ꝙ licet in ꝓpositione vniuersali affirmatiua p̄dicatum supponit simpliciter. hoc tamē non oportet in vniuersali negatiua. vt hic nullus homo est animal. Rō quia in ꝓpositione vniuersali negatiua p̄dicatū distribuit̄ ꝑ signū vl̄e negatiuū. distributio aūt fit in supposita. vnde ⁊ dixit pe. his. in distributionibꝰ suis. Distributio ē multiplicatio termini communis ꝑ signū vniuersale facta. ¶ Sequitur corrollarie scdo ꝙ in istis ꝓpositionibꝰ. hic ⁊ rome venditur piper. hodie ⁊ heri audiui missaz. ad equitandum requiritur equus. isti termini missam piper ⁊ equus secundum pe. his. supponunt simpliciter. non quidem simpliciter pro natura vniuersali. sed ꝑ natura vniuersali sub inclinatione ⁊ habitudine ad sua supposita ⁊ sub indifferētia quadam. Logici aūt communes dicūt ꝙ in ꝓpositionibꝰ predictis termini supponūt confuse tantum modo sub termino supponente confuse tantuz non oportet dare certum suppositum. ¶ Sequit̄ corrollarie tertio ⁊ vltimo ꝙ in ista ꝓpositione. omne animal fuit in archanoe. si animal accipitur ⁊ supponit pro singulis indiuiduis specierum animalis ipsa est falsa. Si autem animal accipi ur pro speciebus animalis in ordine ad supposita ipa est vera ⁊ supponit simpliciter loquendo de suppositione simplici iuxta p̄dicta. ⁊ propositio est vera.

**Notandum quarto et vltimo ꝙ licet pe. his. solum po**nit tres modoo quibus termini communes supponunt simpliciter in genere. Alij tamen logici ponunt plures modos suppositionis simplicis in specie. ⁊ sunt duodecim Primus modus. omne subiectum scientie supponit simpliciter. vt corpus mobile est subiectum philosophie naturalis. anima est subiectū in scientia de anima. patet. Nullum enim corpus mobile est subiectum in tota naturali philosophia. sic etiam nulla anima particularis est subiectum attributionis scientie de anima. patet quia subiectum scientie debet esse scibile. vt dicitur primo posteriorum. modo singularium non est scientia. dicitur enim primo posteriorum. Scientia est verorum eternorum ⁊ impossibiliter aliter se habentium. ¶ Secundus modus. omne diffinitū diffinitiōis supponit simpliciter. vt homo est aīal rationale. Tertius modus. omne diuisum diuisionis essētialis supponit simpliciter. vt animaliū aliud rōnale aliud irrationale. Quartus modus. Omne obiectum sensus exterioris supponit simpliciter. vt color est

obiectū visus. sonus est obiectū. auditꝰ. nullus eñ particularꝫ color est obiectum ad equatū visus. Quintus modus. terminus cōstructꝰ cū verbo pheretico. id est cū verbo q̄d ꝑcat actū anime interiorem cognoscitiuū. vt ꝑmitto tibi denariū. Sextus modus. quādo sub aliq̄ termino cōmuni non potest fieri dñsus. vt conuersio ꝓpōnum est triplex. materia ꝓponūt est triplex. Septimꝰ modus. omnis terminus ꝑcans genꝰ generalissimū in ꝓpositione positus supponit simplr̄. vt substātia est genꝰ generalissimū quantitas est genus generalissimū. Octauus modus. Omnis terminꝰ cōmunis positus a parte subiecti respectu suplatiui positi a parte p̄dicati supponit simplicit̄. vt hō est dignissima creaturaꝝ. Nonus. Omnis ꝓpria passio respectu sui subiecti supponit simpliciter: vt homo est risibilis. Decimus modus. quādo a parte predicati ponit̄ terminꝰ secūde ipōis: et a pte subiecti ponit̄ terminꝰ ꝑme ipositōis. tūc tal̄ terminꝰ ꝑme ipōnis positꝰ a pte subiecti suppōit simplr̄. vt hō ē spēs. aīal ē genꝰ: Undecimꝰ modꝰ predicatū vl̄is affirmatiue in q̄ p̄dicatum est eñtiale subiecto supponit simplr̄. vt oīs homo est animal. Dico notanter in q̄ p̄dicatū est essentiale subiecto. qꝛ si predicatum esset accidētale respectu subiecti: tunc nō supponeret simplr̄ sꝫ ꝑsonaliter. vt oīs hō est currens. Duodecimꝰ ⁊ vltimus modus suppōnis simplicis: quādo terminus cōmunis accipitur ꝑ natura cōmuni in ordine ad omnia sua supposita: sed nō determiate ad hoc vel aliud. vt homo est dignissima creaturaꝝ: vel quādo natura accipitur ꝑ natura cōmuni in ordine ad aliq̄ supposita: sed non ad vnū determinatū. vt ad equitandū requiritur equus: ad nauigandū requiritur nauis. Uel etiā qñ terminꝰ cōmunis accipitur ꝑ natura cōmuni ad vnū suppositū determinatū: vt homo est aīal. in q̄ animal accipitur pro vno determinato supposito: si sub subiecto fiat dñsus. Petrꝰ autem hispanus ponit tres modos suppositionis simplicis in genere ⁊ principales. istis notabilibus sic stantibus est.

## Conclusio rñsalis. Diuisio suppōis accidentalis in

suppositionē simplicē et personalē: et diffinitio suppositionis simplicis cū eius modis ē sufficienter et bene assignata. Ueritas huius conclusionis patet ex his q̄ dicta sunt.

**Arguitur** primo: Nulla est suppositio simplex. igitur diuisio non valet. ꝓbatur añs. q̄t mōis d̄r vnū oppositoꝝ: tot mōis ⁊ reliquū. sꝫ nll̄a ē suppō cōposita. igr̄ nll̄a ē suppō simplex. Maior est Aris. iiij. topicoꝝ. Minor q̄a oīs suppō ē ꝓp̄etas termini. modo oīs ꝓprietas est simplex forma accidētalis. oīs eñ forma est simplex vt ꝓbat Gilb. por. in sex principijs. Dico verū argumen. ꝯclu. si caperet̄ h̄ simplex vt opponit̄ ꝯposito. sꝫ capit̄ h̄ simplex vt opponit̄ personali. in suppositione eñ simplici terminus accipit̄ ꝑ natura cōmuni. in ꝑsonali ꝑ indiuiduo et singulari.

**Arguitur** secūdo. Suppositio simplex nō est suppositio acñtalis: ꝓbat̄: suppō accñtalis fit ꝑm exigentiā adiūcti: sed suppō simplex fit sine adiuncto igitur. Maior pꝫ ex dīoe suppositionis accñtalis. Minor est aris. ij. topicoꝝ cum dicit simpliciter dico quod sine addito dico. ¶ Dico verꝫ argumentū ꝯcluderet si simplex caperetur hic ꝑ illo q̄d accipitur sine addito. sed simplex capitur ꝑ illo q̄d supponit ꝑ simplici natura vniuersali rei. ⁊ ergo dicitur simplex quasi sine plica id est relatione ⁊ habitudine ad supposita

**Arguitur** tercio Suppositio simplex nō est acceptio termini cōmunis. igit̄ dīo nō vꝫ. ꝓbatur añs. Illud q̄d facit quantitatē singularē non est terminus communis. sed terminus simplr̄ supponens facit quantitatē singularem. igit̄ suppositio simplex non est acceptio termini cōmunis. Maior est nota: quia terminꝰ singularis facit ꝓpositionem singularē: Minor q̄a hec est singularis homo est species: eius enim subiectum supponit ꝑ vna natura simplici. vt humana: cui conuenit hoc p̄dicatum intentionale spēs. Dico verū argumentū concludit ꝙ ista: homo est spēs.

est ꝓpositio singularis singularitate nature sꝫ non suppositi. ꝓpō ergo singularis singularitate nature fit per terminum communem. sed ꝓpō singularis ⁊ q̄ntitas singularis singularitate suppositi fit tantum per terminū singularem:

**Arguitur** quarto. Nulla est suppō simplex pro re vniuersali. Probat. Om̄e qd̄ supponit: supponit ꝓ re vniuersali vl̄ particulari. sed nulla res est vniuersalis. igit̄ nullus termin⁹ supponit simplicit̄ nec suppō simplex erit ponēda. Maior patet ex diffinitione suppositionis. Minor est autoritas boetij in libro de vno ⁊ vnitate. vbi ostendit. ꝙ omne qd̄ est ideo est quia vnū numero est. cōstat autē ꝙ vnuꝫ numero ⁊ singulare sunt idem. vt ostendit̄. iij. metaph̄. ¶ Dico verū argumentū concludit ꝙ omne qd̄ est: est singulare: verū est de illo qd̄ ꝓducitur in vltimo actu nature per generationē phisicaꝫ. que terminat̄ ad suppositum ⁊ singulare. constat aūt ꝙ vl̄e est ingenerabile saltem per se. Dicit̄ em̄. viij. metaph̄. Spēs rerum sunt eterne. Vl̄ etiam dicendum ꝙ licet vniuersale non est vnum numero numerositate existentie. tm̄ est vnū numerositate essentie. ⁊ qd̄ sic est vnum numero: hoc non est singulare. ⁊ pro illo etiam terminus cōmunis supponit simpliciter.

**Arguitur** quinto. Terminus cōmunis positus in subiecto nō potest supponere simpliciter. vt in ista. hō est spēs. igit̄ p̄mus modus suppositionis simplicis a pe. his. est male assignat⁹. ꝓbatur añs. Illud qd̄ ponit̄ ⁊ supponit a parte subiecti substat alteri. sed nullū vniuersale pōt substare alteri. igit̄ nullus terminus communis positus a parte subiecti pōt supponere simpliciter. Maior. quia subiectuꝫ substat predicato. vnde ⁊ predicatum habꝫ rōnem forme. ⁊ subiectum rōnem materie. vt cōmuniter dicunt logici. modo materia substat forme. vt dicit̄ primo. ph̄icoꝝ. Minor est autoritas boetij. iij. de trinitate. Forma simplex subiectum esse non potest. mō quodlibet vl̄e est forma simplex. vt ostēdit̄. vij. metaph̄. ¶ Dico verū argumentū cōcludit ꝙ forma q̄ est simpliciter simplex. vt forma diuina nullius est subiectū. dicitur em̄. xij. metaph̄. ꝙ deus est purus actus. modo actus pur⁹ nulli subsistit. sꝫ nature rerū sūt quidē simplices sed nō simpl̄r simplices. ostēdit em̄ doc. tho. in trac. de quiditatib⁹ rerum. homo dicit carnem ⁊ os. ⁊. ij. ph̄icoꝝ dicit̄ ꝙ serra est ferrum dentatum.

**Arguitur** sexto. Suppositio simplex non fit a parte predicati vt in ista. omnis homo est animal. predicatum non supponit simpliciter. ꝓbatur. Illud quod supponit habet rōnem materie. sed predicatū habꝫ rōnem forme. igitur predicatum non supponit simpliciter. Maior. quia suppositio est acceptio termini substantiui pro aliquo. modo terminus substantiuus ſcat rem substantez. substare autem est cōditio materie. vt dicitur primo ph̄icoꝝ. Minor. quia predicatum restringit ⁊ qualificat ~~predicatum~~ subiectum. modo restringere ⁊ qualificare est conditio forme. Et boetius dicit secundo topicorum. Talia sunt subiecta qualia permittuntur ab eorum predicatis ⁊ per consequēs predicatum habet rōnem forme. ¶ Dico verum argumentum concludit ꝙ predicatum ſcatū per modū forme abstracte nō supponit. sꝫ p̄dicatū ſcatū per modum forme inclinate ad subiectuꝫ bene supponit. ⁊ sic est in ista. omnis homo est animal. valet enim tantum ꝙ natura animalis informata ⁊ coniuncta est cuilibet supposito hominis. Quō autem ⁊ qualiter predicatum habet rationem forme ⁊ etiā ~~nature~~ dicitur inferius: # materie #

**Arguitur** septimo. In ista. oīm contrariorum eadem est disciplina. iste termin⁹ disciplina non supponit simpliciter. ꝓbat̄. Nullius ꝓpositiōis indiffinite subiectū supponit simpliciter. sed ista est indiffinita. omnium contrariorum eadē est disciplina. igitur disciplina non supponit simpliciter. Maior. quia subiecta ꝓpositionum indiffinitarum. vt postea dicetur: supponunt personaliter: ⁊ sic non supponunt simpliciter. Minor patet. ista est vna de inconsueto modo loquendi. ponitur in ea p̄dicatum in situ subiecti: ⁊ subiectum in situ predicati: vnde secundum verum modum

# De Suppositione simplici

construendi valz tantū. eadē disciplina est oim cōtrariorū disciplina non accipit pure pro suppositis sed disciplina accipit vlr. z sic ista potius diceret singularis quēadmodum ista. homo est species:

**Arguitur** octauo z vltimo. terminus cōmunis sequens dictionem exceptiuam non supponit simpliciter. pbatur. Nullus terminus sequens signum negatiuum supponit simpliciter. sed signum exceptiuum est signum negatiuū. igit terminus cōis sequens signū negatiuum non supponit simpliciter. Maior. qz signum negatiuū distribuit terminū cui additur. terminus aūt supponēs simpliciter non distribuitur. quia distributio fit pro suppositis. Minor quia signum exceptiuum excipit. modo vbi est exceptio est negatio ab alijs. vt omne animal preter brutum est rōnale. valet tm: omne animal est rationale sed brutū non: Dico veruz argumentum concludit q dictio exceptiua includit negationē virtualiter sed non formaliter. modo signuz negatiuū formaliter terminum distribuit cui additur z non signum negatiuum virtualiter. Deinde dicendum q verū est q signum exceptiuū includit negationē sed ista negatio non fertur super terminuz qui immediate sequit signum exceptiuum sed fertur in p̄dicatū. vñ ista. omne animal preter hominē est irrationale. valz istam. omne animal est irrationale: sed solus homo non est irrationalis.

## Utruz diffinitio suppōis personalis z eius diuisio in

suppositionem determinatam z confusam cum diffinitione suppositionis determinate sit bene assignata.

Pro intellectione questionis mote. hec questio tria querit. primo querit vtrum diffinitio suppositionis psonalis in textu pe. his. sit bene assignata. secō querit vtrum diuisio suppositionis psonalis in suppositionē determinatam z cōfusaz sit bene posita tertio querit vtrum diffinitio suppositiōis determinate a petro hispano sit sufficieter assignata

## Notādū primo pro diffinitiōe suppositionis personalis

intelligenda q diffinitum presentis diffinitionis est suppositio accidentalis personalis ~~communis~~. Non ante suppositio personalis. quia terminus sic supponens supponeret pro persona. alias enim in istis propositionib. deus est. asinus currit. bos currit. subiecta non supponerent personaliter. Ratio quia deus similiter bos. asinus. nō sunt persona. nec nomina accidentiū abstracta significant personā. Persona enim secundū Boetiū est creatura rōnalis indiuidualis subsistentis. Et quia deus non est creatuta non pprie dicitur persona. sic bos asinus quia non sunt creature rationales non dicuntur persone. Dicitur aūt suppositio personalis ideo. quia terminus supponens personaliter supponit pro illo z accipitur pro illo pro quo per se sonat. i. est impositus ad scandum. vt iste terminus communis homo supponit pro suis suppositis pro quibus est impositus ad scandum licet non primo z directe sed ex psequenti. vt dictum est ante. primo enim directe z principaliter terminus communis scat vniuersale z naturam communem. Dicitur etam suppō personalis quia terminus sic supponens supponit pro re que est per se vna. hoc est pro supposito. modo quodlibet suppositum est per se vnum. vnde dixit Boetius in libello de vno z vnitate q omne qō est ideo est quia vnum numero est. Pro genere autem in diffinitione personalis ponitur acceptio Cum vero dicitur termini cōmunis excludit terminus singularis vel discretus qui pprie non supponit personaliter pro suppositis. quia termin⁹ singularis non habet plura supposita. licet terminus singularis supponit personaliter. i. pro re z vno scato. Cum vero dicitur pro suis inferioribz excluditur suppositio simplex que

non fit pro inferioribus sed pro natura communi. vt homo est species: animal est genus. ¶ Sequitur corrollarie primo quod suppositio discreta vel singularis etiam dicitur personalis capiendo personalem cōmuniter. vt scz terminus dicitur supponere pro vna re singulari. sed ita non capitur suppositio personalis in ꝓposito. Juxta enim intentionem pe. his. terminus qui debet supponere personaliter debet supponere et accipi pro suis inferioribus. logici ergo qui dicunt terminum singularem supponere personaliter accipiunt suppositionem ꝑsonalem communiter. ¶ Sequitur corrollarie scdō quod iste terminus communis homo nō significat ꝑcatione primaria et directa sua singularia. quia significatione primaria significat quale quid et vniuersale. tamen significat singularia ex consequenti et secundario et pro ipsis supponit personaliter inquantum ipsa participant naturam humanam quam significant directe et primarie. ¶ Sequitur correllarie tertio quod terminus communis in ꝓpositione positus potest supponere personaliter et etiam simpliciter. sed non eadem ratione. Cum enim terminus communis accipitur pro suppositis participantibus aliquam naturā commnnem: et tunc supponit personaliter. vt omnis homo currit. Si autem idem terminus communis in alia ꝓpositione accipitur pro natura communi: tunc supponit simpliciter. vt homo est species. ¶ Sequitur corrollarie quarto quod quando termino communi posito a parte subiecti additur sincathegoreuma distributiuum et a parte predicati ponitur terminus qui significat actum realem: tunc talis terminus a parte subiecti positus distribuitur pro suppositis et supponit ꝑsonaliter. vt omnis homo currit. Ratio quia sincathegoreumata distributiua distribuunt terminos quibus adduntur. constat autē quod distributio fit pro suppositis. Sed qn̄ termino cōmuni posito a parte subiecti additur predicatum intentionale tunc talis terminus supponit simpliciter. vt homo est species. animal est genus. ¶ Sic quando a parte predicati ponitur terminus communis existens predicatum essentiale etiam supponit simpliciter vt omnis homo est animal. Dictum enim est ante quod predicatum vniuersalis affirmatiue supponit simpliciter.

## Notandum secundo quod secunda pars questionis querit.

vtrum diuisio suppositionis personalis in suppositionem personalem determinatā et confusam sit bene assignata. Cuius diuisionis ratio est ista. quia terminus supponens personaliter supponit pro suis inferioribus et suppositis. et hoc fit dupliciter. Primo quando terminus communis supponit pro suis inferioribus et suppositis vniuersaliter sic quod non potest verificari pro vno supposito tantum sed pro pluribus. Dicitur enim ꝑmo celi. Qui dicit omnis nihil excludit. Et tunc talis terminus dicitur supponere confuse. vt omnis homo est animal. subiectum scz homo accipitur confuse et generaliter pro quolibet supposito hominis ratione huius sincathegoreumatis omnis qd̄ additum termino communi distribuit ipm pro omnibus suis suppositis. Secundo terminus communis accipitur pro omnibus suis suppositis non vniuersaliter sed pro aliquibus. et sic ꝓpositio in qua talis terminus ponitur verificat pro vno supposito. vt ad veritatem istius homo currit sufficit quod vnus homo currat. et tunc talis terminus cōmunis dicitur supponere determinate. patet ergo sufficientia diuisionis suppositionis personalis in confusam et determinatam. ¶ Sequitur corrollarie quod diuisum presentis diuisionis est suppositio personalis. Membra autem diuidentia partialia sunt cōfusa et determinata. quia sumuntur sine diuiso Sed membra diuidentia totalia sunt suppositio personalis determinata et suppositio personalis cōfusa. Ratio quia sumūtur cum diuiso

## Notādū tertio quod Pe. his. in textu diffinit suppōem deteriatā.

Suppō determinata ē acceptio t̄mini cōis idiffinite sūpti. vl' cū signo ꝑticlari sūpti. Dupl'r itaq; ꝑz pe. his: fit suppō deteriata. Prīo i ꝓpōe idiffinita tā affirmatiua q̄

negatiua subiectū supponit determinate. exemplū de affirmatiua. vt homo currit. de negatiua vt homo non currit. Secūdo suppositio determinata fit in ꝓpositione particulari affirmatiua. vel etiā negatiua a parte subiecti. de affirmatiua. vt quidā hō currit de particulari negatiua. vt quidā homo non currit. Et ꝓbat in textu duplici ratiōe q terminus positus in subiecto ꝓpōis particularis vel indiffinite habet suppositionez determinatā. Ratio ꝓma est hec. Illa suppositio est determiata in q terminus communis positus t cōiter acceptus reddit t facit ꝓpōnem verā p determinato t certo supposito. Sed terminus cōis posit⁹ in subiecto ꝓpositionis particularis vel indiffinite reddit t facit ꝓpositionm verā p certo t determinato supposito. ergo terminus cōmunis positus in subiecto ꝓpōnis particularis vel indiffinite supponit determinate. Maioz est nota quia ideo dicit suppō determinata. minoz pz de istis duabꝫ homo ē albus: t quidā hō est albus. ad quarū veritatē sufficit vnū hominē esse albū. Secunda ratio qz cum arguitur. animal est soz. animal est plato. t sic de alijs. ergo animal est omnis homo. arguitur a pluribꝫ suppōibꝫ determiatis ad vnā. vt omnes logici concedūt. t committit in tali modo arguēdi fallacia figure dictiōis. t p ꝑs tā in ꝓpone inferēte q illata subiecta supponūt determinate t habēt suppositionem determinatā ¶ Sequitur cozollarie ꝑmo q non implicat nec repugnat aliquā ꝓpōnem esse indiffinitā t eius subiectū supponere determinate. Ratio quia termi⁹ cōmunis positus in subiecto ꝓpōnis indiffinite indeterminat⁹ est rōe sue fcationis. qz fcat quodcūq; suppositū. sed dicitur supponere determinate rōe verificatiōis ꝓpōis t locutiōis: qz talis ꝓpō redditur vera t verificatur p certo supposito. vnde t pe. his. bene dixit in textu q aliud ē supponere t aliud est reddere vel facere locutionem vel ꝓpōnem eē veram. ¶ Sequitur cozollarie secūdo q in ꝓpone singulari etiā subiectū supponit p vno supposito sed non equaliter sicut in ꝓpone particulari vel indiffinita. Ratio quia in ꝓpositione singulari terminus singularis accipitur p vno certo supposito tam ratione significationis q̄ suppositiōis. vt Johannes currit sed in ꝓpositione indiffinita vl particulari terminus cōmunis accipitur pro vno supposito certo: non ratione significationis. sed verificationis ꝓpositionis. ¶ Sequitur cozollarie tercio q licet in ista ꝓpositione. Omnis sol lucet locutio t ꝓpō redditur vera p vno certo supposito. qz tantum est vnus sol. verum est actu: tamen p pluribꝫ aptitudine. et ergo iste terminus sol in dicta ꝓpositione supponit confuse t nō determinate. licet ergo tantū est vnus sol fm rem actu et esse: tamen forma solis apta esset cōicare se multis. si essent plura cozpoza que reciperent in se formā solis

**Notandum quarto et vltimo: ꝓ intellectu littere au**

toris: Cum dicit arguendo a pluribus suppositionibus determinatis ad vnā est fallacia figure dictiōis. Notandū q dupliciter possumus arguere a pluribus suppositionibus determinatis ad vnā. Primo quando quelibet determinata suppō potest inferre aliā suppositionem determinatam. vt sic arguendo. asinus currit. homo currit. bos currit. igitur animal currit. hic bene valet. ratio quia arguitur ab infertozi ad superiꝰ vel a specie ad genus affirmatiue t sine distributiōe que consequentia bene valet. Secūdo possumus arguere a pluribus suppositiōibꝫ determinatis ad vnā: sic q nō q̄libet suppositio determiata potest inferre aliā suppositionē determinatā. t tunc non valet ꝯsequentia: sed cōmittitur fallacia figure dictionis. et maxime non valet quādo a parte ꝑdicati in ꝯsequente ponitur terminus stans confuse. qualiter cōtingit in isto modo arguendi. aial est soz. aial est plato. igitur aial est omnis homo. ista em est falsa. aial est omnis homo. q est ꝯsequens. Dicitur em primo pertinere. Omnis ꝓpō est falsa in qua ꝑdicatur vle vl sumptum: et añcedēs est verū: t p ꝑs ꝯsequens non valet. Sequitur cozollarie q cum arguitur. aial est soztes. aial est plato. t sic de alijs. q

animal est omnis homo. non arguitur ab inducētib⁹ ad inductā vniuersalē. nec fit bona ⁊ sufficiens inductio. Ratio quia in inductiōe sufficienti ⁊ bona ꝓpositiones inducentes debēt habere eoꝝ singularia a parte subiecti et nō in p̄dicato. dicit̄ em̄ secūdo prioꝝ. Qꝛ inductio est ꝓgressio a singularibus sufficiēter enumeratis ad eius vniuersalem. et sic oportet singularia subijci in ꝓpōnibus inducētib⁹. In ꝓposito aūt accipiūtur singularia a parte predicati. Istis notabilib⁹ sic stantib⁹ est.

## Cōclusio rñsalis. Diuisio suppōis personalis et eius

diuisio in suppositionē determinatā ⁊ ꝯfusam cū dioe suppōis ~~personalis~~ est bene assignata. patet veritas huius cōclusionis ex notabilib⁹ in corpore questionis adductꝫ

**Arguitur** primo. Aliquis termin⁹ supponit ꝑsonaliter et nō supponit pro suis inferioribus. igitur diffinitio suppositiōis ꝑsonalis nō valet probatur antecedens. q̄a terminus supponens discrete supponit personaliter: ⁊ non supponit ꝓ suis inferioribus. Probatur antecedens ꝓ prima parte: quia terminus supponens discrete. vt iohannes supponit ꝓ illo ꝓ quo ꝑ se sonat ⁊ impositus est talis terminus ad ſcandum: et ꝑ consequens supponit. vt enim dictum est. ꝙ suppositio ideo dicitur ꝑsonalis: quia terminus supponens ꝑsonaliter supponit ꝓ quo per se sonat: ⁊ ꝓ q̄ est impositus ad significandum. Sed assumptum pro secūda parte patet. scꝫ ꝙ termin⁹ singularis vel supponens discrete non supponit ꝓ inferioribus. q̄a nō habet inferiora. terminus enim singularis non habet inferius se.

Dico verum argumentum concludit ꝙ terminus ille supponit ꝑsonaliter q̄ supponit ꝓ illo ꝓ quo ꝑ se sonat ⁊ pro quo est impositus ad significandū. verū est si est terminus communis. mō termin⁹ singl̄aris nō est cōis. et sic argumentū nō ꝯcludit.

**Arguitur** secundo. Termin⁹ cōmunis non supponit personaliter pro suis inferioribus. ꝓbatur suppositio presupponit significationem. sed termin⁹ communis non ſcat sua inferiora. igitur non supponit ꝓ eis. Maior est nota. quia significatio est communior ⁊ superior q̄ꝫ suppositio. modo omne inferi⁹ p̄supponit suū supius. Minor quia iste terminus hō ſcat naturā humanā ⁊ non supposita. vñ dictū est ante. homo hominem ſcat. ⁊ tñ nullū hoiem ſcat. Et Aristotiles in predicamento substantie dicit ꝙ secūda substantia. vt homo ſcat quale quid id est vniuersale.

Dico verū argumentū concludit ꝙ terminus cōmunis p̄mo ⁊ p̄ncipaliter significat vniuersale et naturā cōmunem. tñ ex consequenti et secūdario etiam ſcat supposita et singularia participantia illā naturā cōmunem.

**Arguitur** tercio ex dioe suppōis ꝑsonalis sequitur falsum. igitur ipsa non valꝫ ꝓbatur sequela. quia sequeretur ꝙ in ista ꝓpōne asinus currit. asin⁹ supponit ꝑsonaliter. quod est falsum. ꝓbatur sequela. terminus supponit personaliter. quia supponit ꝓ persona. sed iste terminus asinus non supponit ꝓ personis. igit̄. Maior patet ex quid nominis huius qd̄ est personale. ꝑsonale enim dicit̄ a ꝑsona. Mior patet. quia ꝑsona ſm boetiū est creatura rōnalis. modo asinus non est rōnalis.

¶ Dico verum argumentū concluderet si suppō diceretur ꝑsonalis ideo quia terminus sic supponens supponeret ꝓ ꝑsona: sed dicitur ꝑsonalis quia terminus sic supponens supponit ꝓ suppositis quoꝝ quodlibet est ꝑ se vnū. Vel etiā ideo quia terminus sic supponēs supponit ꝓ illo pro quo ꝑ se sonat: ⁊ ꝓ quo est impositus ad ſcandum. vt alij dicūt. primū tñ est melius et conueniētius dicere.

**Arguitur** quarto. Diffinitio suppositionis ꝑsonalis non valet. probatur sic. qꝛ aliquis terminus supponit personaliter ⁊ non est terminus communis. probatur de subiecto istius ꝓpositionis. hec herba crescit in horto meo. in qua subiectum hec herba supponit determinate ꝓ certa herba. demonstrando per hec herba: herbam similem illi quam habeo in manu. Sed ꝙ non sit terminus communis

sumptus cum p nomine demonstratiuo primitiuo. & tale complexum est terminus singularis. vt dictū est de suppositione discreta. ¶ Dico q̄ argumentū concludit q̄ in hac ꝓpositione. hec herba crescit in horto meo. si hoc aggregatū hec herba accipiat fm demonstrationē personalem: que fit quādo eadem res que demōstratur etiā intelligitur. et sic est ꝓpositio singularis cuius subiectū supponit discrete. et ꝓpositio est falsa. Si autem per hoc aggregatū. hec herba crescit in horto meo. fit demōstratio impersonalis. qñ scz vnū demonstratur et aliud intelligitur. tunc subiectum supponit simpliciter. & valet ꝓpositio tantum. q̄ hec herba habens naturam illius herbe quam habeo in manu mea crescit in horto meo

**Arguitur** quinto. Suppositio personalis male diuiditur in suppositionem determinatā et confusam. probatur sic: omnis diuisio debet fieri p oppositā. sed suppositio determinata & confusa non opponūtur igitur. Maior est Boetij in libro diuisionū. Minor ꝓbatur. Oppositā modo possunt ꝓuenire vni. sed suppositio determinata & cōfusus conuenit vni termino igitur. maior est aristo. in postpredicamentis. Minor patet q̄ in ista ꝓpositione. homo est animal. iste terminus homo supponit determinate. q̄ est ꝓpositio indefinita affirmatiua: cuius subiectū determinate supponit. vt dicitur in textu. Sed q̄ iste terminus homo supponit confuse. patet quia supponit p omnibus hominibus. patet quia q̄libet homo est animal.

¶ Dico verum argumentū concludit q̄ in ista ꝓpositione homo est animal. iste terminus homo absolute supponit et accipitur p omnib hominib et non determinat plus p vno q̄ p alio. sed isto modo non capitur hic suppositio confusa. sed terminus dicitur hic stare confuse qui accipitur & distribuitur p aliquod signū distributiuū et additum: quod denotat ipsum terminū accipi p omnib suppositis vt omnis homo.

¶ Sequitur corollarie q̄ accipiendo suppositionem confusam absolute & cōmuniter tunc terminus supponens determinate etiā supponit confuse: vt deductū est i ista ꝓpositione. homo est animal. Sed ita non loquitur petrus hispa. hic de suppositione confusa sed accipiēdo suppositionē confusam ꝓprie. vt sit alicuius signi distributiui. nunq̄ suppositio confusa et determinata coincidūt. qualiter hic petrus hispanus accipit suppositionē confusam.

**Arguitur** sexto. Suppositio confusa & determinata non sunt species distincte suppositionis personalis. igitur ista diuisio non valet. ꝓbatur. species distincte non coincidūt. sed iste spēs coincidunt igitur. Maior est nota. q̄ specifice distinctor diuerse sunt differentie quib distinguūtur. Minor quia in ista ꝓpositione omnis sol lucet. iste terminus sol supponit confuse: ratione istius sincathegorematis ois etiā supponit determinate. q̄ p vno determinato supposito. q̄ p isto sole qui tantū est vnicus. Dico verū argumentū concludit q̄ q̄ ad actū in ista ꝓpositione omis sol lucet. subiectū sol accipitur p vno supposito certo. sed hic subiectū sol distribuit̄ p suppositis et actu & aptitudine simul. et sic iste terminus sol solū habet vnū suppositū actu. tñ habet plura aptitudine rōne sue forme. & ergo supponit confuse.

**Arguitur** septimo. Terminus vel subiectū in ꝓpositione indiffinita non potest supponere determinate. ꝓbatur. Indeterminatū non est determinatum. nec infinitū finitum. sed suppositio determinata est certa et finita. & ergo in ꝓpositione indiffinita subiectū non potest supponere determinate. Maior est nota. q̄ vnū oppositū non est aliud. Et Aristo. iij. phicor ostendit q̄ infinitū nō est finitū. Maior q̄a ꝓpositio indiffinita dicitur ideo indiffinita: quia indifferēs est et generaliter se habet ad omnem quantitatem ꝓpōnis suscipiēdam. et p ꝓns non potest esse determinata.

¶ Dico verū argumentū concluderet si rōne eiusdē ꝓpō diceretur indiffinita & habere suppositionem determinatā in subiecto. Sed hoc est respectu diuersor. ꝓpō enī ꝺr indiffinita & generaliter se habens ratione quantitatis. q̄ ꝓpō indiffinita ꝑt esse vlis

particularis ꝛ singularis. p appositionem signoꝝ diuersoꝝ. vt patet de ista. homo currit. sed ꝓpositio indiffinita dicitur habere suppositionez determinatā i subiecto. qz reddit locutionē veram ꝓ vno certo supposito. vt dicitur in textu. ꝛ sic ista non sunt opposita nec ~~refringit~~ ꝓpositionem esse indiffinitā: et eius subiectū supponere ~~plenaliter~~ vltimo. A pluribꝫ suppositionibꝫ determinatis ad vnam consequentia bene valet. igitur littera falsa. ¶ Probatur antecedens: ab inferiori ad superius affirmatiue et sine distributione est bona cōsequētia. sed arguēdo a pluribus suppositionibꝫ determinatis ad vnam arguitur ab inferiori ad superiꝰ affirmatiue ꝛ sine distributione. igitur Maioꝛ est vnū ꝓncipiū in logica. Minoꝛ patz sic arguendo. homo currit. asinus currit. leo currit. ergo animal currit.

¶ Dicō argumentū concludit qꝫ arguendo a pluribꝫ suppōnibꝫ determinatis ad vnā bene valet materialiter: sed non formaliter. quia hic nō valet in simili: animal est socrates. aial est plato. ergo animal est omnis homo. quia antecedēs est verum ꝛ consequens falsum. modo consequētia formalis est contra quam simili forma retenta non datur instantia. et etiā a pluribꝫ suppositionibꝫ determinatis ad vnā valet arguere qlibet determinata potest per se inferre aliā determinatam. sed quādo quelibet determinata suppositio non potest inferre aliā suppositionē determinatā. non oportet cōsequentiam talem valere. vt dictū est superius.

## Queritur vtrum diffinitio suppositionis confuse ꝛ eius diuisio a Petro hispano in textu sit bene assignata.

Postquam Petrus hispanus diffinuit suppositionē determinatā: ꝛ etiā ostendit causam ꝝ dicitur determiata: et quaꝫ ꝓpōnū subiecta supponunt determinate. Jam ꝓsequenter determinat de suppositione confusa: eam diffiniendo ꝛ diuidēdo. Querit itaqꝫ hec questio duo. Primo querit vtrū diffinitio suppositiōis ꝓfuse a Petro hispano sit bene assignata. Secundo querit vtrū diuisio suppositiōis confuse in suppositionem confusam necessitate signi vel modi. et in suppositionē confusam necessitate rei sit conuenienter posita. Pro intellectiōe itaqꝫ partis prime questionis.

## Notandum primo qꝫ suppositio confusa a petro hispano diffinitur. Est acceptio termini cōmunis p pluribus mediante signo vlī: vt omnis homo est animal. Diffinitū pñtis dicis est suppositio confusa. non p se sed pro suis signatis id est pro terminis supponentibus confuse. Dicitur autem suppositio confusa ideo. quia terminus sic supponens non supponit pro certo supposito sicut contingit in suppositione determinata. sed supponit pro multis suppositis aut p omnibus indifferenter. sed vbi est multitudo ibi est quedam confusio et indeterminatio. Caput autem Petrus hispanus i diffinitione suppositionis confuse hanc particulam (pro pluribꝫ) id est pro omnibus suppositis ꝛ inferioribꝫ. vt hic. omnis homo est animal. iste terminus communis homo supponit pro omnibus suppositis hominis. qui enim dicit omnis nihil excludit. Alii autem dicunt qꝫ Petrus hispanus in diffinitione suppositiōis confuse dixit pro pluribꝫ ꝛ non pro omnibus. quia aliqui termini supponūt confuse p pluribus et non p omnibus suppositis. vt vterqꝫ homo currit. vt enim postea dicetur vterqꝫ distribuit tantum pro duobus. voluit ergo Petrus hispanus ostendere qꝫ non solum termini supponentes pro omnibus suppositis supponunt confuse. sed isti etiam possunt supponere confuse q̄ supponunt pro pluribus. primum tū videtur esse melius

Notanduz secundo Pro ampliori intellectu diffinitio nis suppositionis cõfuse ꝙ confusum in proposito non sumitur ꝑ ignoto. quomodo capit ꝑmo phicoꝝ. quãdo dicit. Infinitum sm ꝙ infinitũ est cõfusum ⁊ ignotũ. sed capitur hic cõfusum pro indeterminato. ⁊ tale confusum bene est notũ intellectui sub quãdam gñralitate. Intellectus enim noster ꝓcedit in cognitione sua a generalib⁹ ⁊ cõmunib⁹ ad specialia. vnde ⁊ dicitur ꝑmo phicoꝝ. Innata est nobis via ꝓcedendi a cõmunioribꝫ ad specialia magis. Pro genere autẽ in ista diffinitione ponit acceptio Alie autẽ particule ponunt loco differẽtie In eo em̃ ꝙ dicit terminus cõis. excludit terminus q̃ nõ potest supponere confuse. Ratio quia non accipit pro plurib⁹. ¶ Sequitur corrollarie ꝙ in ista ꝓpositione. omne ens qđ est sor. nõ supponit confuse. hoc enim totũ est terminus singularis. ⁊ ꝑdicta ꝓpositio est singularis. Est em̃ regula in logica ⁊ principium. Aggregatũ ex termino communi ⁊ termino singulari mediante ly q̃ q̃ vel qđ ~~totum aggregatum~~ est terminus singularis vt ens qđ est petrus. Cum autem in diffinitione dicitur pro plurib⁹ mediante signo vniuersali. per hoc ~~diuiditur~~ suppositio confusa a determinata. In ꝓpositione eniz in qua terminus supponit determinate bene terminus accipitur pro pluribus vt hõ currit. non mediante signo vniuersali sed sine signo vniuersali. ¶ Sequitur corrollarie ꝑmo ꝙ suppositio termini cõmunis non oritur ⁊ causatur absolute ex signis vniuersalib⁹ ⁊ sincathegreumatibus. dictum est eniz ante ꝙ suppositio oritur ex ꝓcatione termini substantiui. tamen mod⁹ supponendi ⁊ diuerse species suppositionum ⁊ modi oriuntur a signis vniuersalibus Signum enim vniuersale negatiuum negat tam subiectum q̃z predicatum confuse distributiue. Ratio quia quicquid negatio negat confuse distributiue negat. Signũ autem vniuersale affirmatiuum terminũ cõmunez sequentem in subiecto facit stare confuse distributiue ⁊ predicatum supponit simpliciter dummodo predicatum predicatur essentialiter ⁊ per se. ¶ Sequitur corrollarie secundo ꝙ in ista ꝓpositione totũ qđ est in mũdo est in oculo meo. si totum capitur cathegreumatice tunc valet tantum sicut ens integrum ⁊ sic ꝓpositio est indefinita ⁊ valet tantum sicut ens integrum qđ est in mundo est in oculo meo. ⁊ sic subiectuz supponit determinate ⁊ verificatur predicta ꝓpositio supponẽdo ꝙ festuca sit in oculo meo que est quoddam ens integrum Si aũt totũ capit sincathegorematice sic vz tantũ sicut q̃libet pars integralis. ⁊ sic ꝓpositio ẽ falsa ⁊ vl̃is ⁊ resoluit sic. q̃libet pars integralis q̃ est in mũdo ẽ in oclo meo ⁊ sic subctm̃ est hoc totũ. pars integralis. ⁊ supponit distributiue cõfuse rõne hui⁹ signi vl̃is q̃libet determinatio em̃ ⁊ determinabile supponũt eodẽ mõ ⁊ faciũt vnum. Rectus em̃ ⁊ obliquus habent se vt determinatio ⁊ determinabile. mõ determinatio ⁊ determinabile faciunt vnũ ⁊ supponũt eadẽ spẽ suppositionis vt latius dicetur inferius. Hoc autẽ signum vniuersale quelibet nec est subiectũ nec pars subiecti nec supponit passiue. licet actiue faciat suppositionez. ¶ Sequitur corrollarie tertio ꝙ signa vniuersalia affirmatiua ⁊ negatiua faciunt diuersam suppositionem in terminis cõmunibus quibus adduntur. non per se sed cum intellectu. Intellectus enim qui facit propositionẽ principaliter etiam accipit diuerso modo terminos secundum diuersas species suppositionis. licet sincathegoreumata sint eius instrumenta ⁊ media.

Notãdũ tertio ꝙ Pe. his. post diffinitionẽ suppositionis ꝯfuse ⁊ ei⁹ declarationẽ oñdit diuisionẽ suppõis ꝯfuse ⁊ dicit ꝙ suppõ ꝯfusa ẽ duplex. q̃dã em̃ est suppõ ꝯfusa necessitate signi ⁊ q̃dã est suppõ confusa necessitate rei. Ponit aũt istam diuisionem non tanq̃z bonã ⁊ sufficientem ⁊ assertiue. sed narratiue tantum iuxta aliquoꝝ logicorum sententias. postea enim reprobat hanc diuisionem. cõstat autem ꝙ nihil potest reprobari nisi prius precognoscatur. Unde ⁊ dicimus ꝙ

malū non cuitatur nisi cognitū. Suppositionē istam dicunt confusam necessitate signi que oritur ꝛ causatur ratione alicuius signi confundētis qō p̄cedit terminum communem vt in ista omnis homo est aial. subiectū homo supponit confuse necessitate signi cōfundentis. Ista autem suppōnem dicūt confusam necessitate rei quādo aliquis terminus communis accipit ꝓfuse non ratione signi et sincathegorematis. sed ex natura rei vt in ista ꝓpositione omnis homo est animal. dicunt ꝙ hoc predicatum animal supponit confuse non ratione signi vniuersalis affirmatiui ḉa signū vniuersale affirmatiuū fm eos solū suam virtutē dirigit in subiectū ꝛ non in p̄dicatum sed aial supponit confuse ex natura rei. Et huius rationē assignat istam quia inter subiectū ꝛ p̄dicatum debet esse ꝓportio. quia alias p̄dicatum non conueniret subiecto vere. et etiā ḉa p̄dicatum habet rationem forme ex quo restringit subiectū que restrictio est conditio forme vt dicetur inferius. Subiectum autē habet rōnem materie. et quia inter materiā et formā debet esse ꝓportio. Non em̄ quelibet forma vnitur cuilibet materie. sed quelibet forma vnitur materie prediſpoſite. Dicitur enim secūdo de anima. Actus actuoꝝ sunt in patiente bene prediſpoſito. Et quia predicatum debet ꝙuenire subiecto ꝓportionabiliter ꝛ in subiecto huius ꝓpositionis omnis homo est aial. hō accipit ꝓfuse p̄ quolibet homie. oportet ꝙ tot animalitates significent in p̄dicato ꝛ sint tot animalitates correſpōdentes ſcatis ipsius subiecti. quelibet enim materia debet habere suā formā. Dicitur em̄ primo de generatione ꝙ materia non potest esse sine forma. Concludūt isti ꝙ in p̄dicato vniuersalis affirmatiue etiā est suppoſitio confusa correſpondēs suppoſitioni cōfuse ipſius subiecti. tamē confusio subiecti est ex necessitate signi. confusio autē p̄dicati ex necessitate rei.

**Notandū quarto et vltimo ꝙ licet dictū sit ante ꝙ predicatum vniuersalis affirmatiue supponit simpliciter ꝓ natura vniuersali aliqua certa ꝛ determinata natura vt animal in p̄dicato huius vniuersalis omis homo est aial supponit ꝓ natura aialis non tamē repugnat tali p̄dicato ꝙ etiā supponat cōfuse fm intentionē istoꝝ logicoꝝ. Dicunt ꝙ ꝙ suppoſitio confusa mobilis repugnat termiō supponenti simplicitur. sed suppoſitio ꝓfusa immobilis non repugnat termino supponenti simpliciter. Dicunt ergo ꝙ p̄dicatū vlis affirmatiue supponit ꝓfuse sed immobiliter Et sic fm eos idem terminꝰ potest supponere simpliciter et cōfuse immobiliter licet non eadē ratione. Cum enim in ista p̄one. omnis hō est aial. p̄dicatum aial accipit absolute ꝓ natura aialis et vlter tunc suꝑponit simpliciter. sed cum in dicta ꝓpone hō p̄dicatum aial accipitur in correſpondentia humanitatum expſſarū in subiectō sic supponit confuse licet īmobiliter. Petrus hyſ. tamē in sequēnb̄ hanc positionē logicoꝝ impbat ꝛ esse falsam pluribꝫ rōnibꝫ ostendit. Sequit correllarie ꝙ supponere ꝓ nata vlt aliq̄ certa. ꝛ supponeꝝ ꝓfuse immobiliter nō repugnat. sed de p̄dicato huius vlis omis hō est aial. qō supponit ꝓfuse īmobiliter. et etiam simpliciter iuxta intentionē plurimorū logicoꝝ hoc tamen esse falsum declarabitur inferius.**

¶ Notandū est etiam ꝙ Petrus hyſpanus dicens in textu ꝙ aliq̄ termini suppoñ confuse rōne modi vel necessitatis ꝓ modum intellexit modum facientem ꝓpositionez modalem qui equiualet signo vniuersali affirmatiuo vel negatiuo vt necesse equiualet huic signo vniuersali affirmatiuo omnis. et impossibile equiualet huic signo vniuersali negatiuo nullus. ꝛ p̄ ꝙsequens in ista. necesse est hominem esse animal. hominem supponit confuse ratione illius modi necesse. Et in ista impossibile est hominem esse asinū. hominem supponit confuse ratione istius modi impossibile

¶ Pro intellectione ampliori illoꝝ que Petrus hispanus dicit ꝙ multi logici dicunt predicatum vniuersalis affirmatiue in qua predicatur superius de inferiori supponit confuse necessitate termini, duplex est suppoſitio confusa: quedam cōfusa tantū

quedam confusa distributiua. Suppositio confusa tm̄ est suppositio termini cōmunis p aliquo supposito certo et determinato sed generaliter p illo vl' illo. Unde ⁊ sub termino supponēte ꝯfuse tantū non oꝑtz dare certū suppositū vt omnis homo habet caput. iste termin⁹ caput non supponit p certo capite: sed gn̄raliter p isto vel isto. Sic etiā dicūt q̄ in ista. omnis homo est animal. hoc p̄dicatū anīal supponit ꝯfuse tantū. Alia autē est suppositio confusa distributiua: q̄ dicit̄ ideo distributiua q̄ talis termin⁹ distribuit ⁊ diuidit suum ꝑcatū in omnia sua supposita. Unde ⁊ postea dicetur Distributio est multiplicatio termini communis p signum vniuersale facta. duplex aūt assignatur suppositio confusa distributiua quedā mobilis ⁊ quedā immobilis. Suppositio confusa distributiua mobilis ꝑm pe. hispa. est quando sub termino supponēte cōfuse distributiue valz descensus vt omnis hō est aīal. hoc subiectū homo supponit ꝯfuse distributiue p omnib⁹ suis suppositis: quia bene sequitur omnis hō est aīal ergo iohānes est animal. petrus est aīal. ⁊ sic de singulis. Suppositio autē cōfusa est quādo aliquis terminus supponit confuse ⁊ gn̄raliter ⁊ non p certo vel certis suppositis sed indifferēter p illo vel illo vt quādo termin⁹ supponit confuse necessitate termini vt ī ista ꝓpositione omnis hō est aīal. hoc p̄dicatū aīal ꝑm intentionē plurimoꝝ logicoꝝ supponit confuse. et non valz descensus sub eo. Alij tn̄ logici dicūt hāc suppositionē distributiuam mobilem quādo sub aliquo termino sic supponente fit descensus vniformis ad eius inferiora sic q̄ omnes descēdentes sunt eiusdē qualitatis aut oēs affirmatiue vt patet in ista omnis homo est anīal. aut omnes negatiue vt in ista nullus hō est anīal Et dicitur vniformis quia omnes descēdentes sunt vni⁹ forme hoc est qualitatis. Suppositio aūt confusa distributiua immobilis est quando omnes descendētes sunt vnius forme ⁊ qualitatis vt descēdēdo sub subiecto vl'is affirmatiue receptiue vt omnis hō p̄ter sortē currit. ad sortē descenditur negatiue ad alios hoīes negatiue vt sic. sor. nō currit ⁊ plato si sit ali⁹ a sorte currit ⁊ cice. si sit ali⁹ a sorte currit. ⁊ cīs. Et dr̄ī mobil' nō iō q̄ sub termīo sic supponēte non fieret descēsus. sed quia nō fit descensus vniformis per singulares eiusdem forme ⁊ q̄litatis Istis notabilib⁹ sic stantib⁹ est.

## Conclusio responsalis. Diffinitio suppositiōis confuse ⁊ eius diuisio ꝑm intentionē pe. his. est bn̄ assignata Veritas huius ꝯclusionis pz ex notabilib⁹ in primo ⁊ tercio notabili positis.

**Arguitur** primo. Diffinitio suppōnis confuse nō valet. pbatur q̄ suppositio cōfusa fit p omnib⁹ suppositis termini distributi ergo nō pluribꝰ. tenet ꝯsequentia q̄ plura non sunt omnia. de duob⁹ em̄ dicimus plures sed nō omnes. sed de trib⁹ dicimus omnes vt dicit̄ p̄mo celi. Omnia sup tria ponimus. Añs pbatur q̄ signū distributiuū distribuit terminū cōmunem cui additur p omnib⁹ suppositꝭ vt oīs Dicit̄ em̄ primo celi. Qui dicit omnis nihil excludit. Dico verū argumentū concludit q̄ signa distributiua pfecta vt omnis quilibet nullus distribuunt p omnib⁹ suppositis. sed non signa distributiua imperfecta vt vterq̄ qd̄ distribuit solū p duob⁹. p̄supposuit ergo pe. his. q̄ signa distributiua pfecta distribuuntur p omnib⁹ suppositis. sed voluit etiā innuere q̄ aliq̄ signa solū distribuūt p multis vt vterq̄.

¶ Sequitur corollarie q̄ omne signū distributiuū p omnib⁹ etiā distribuit p multꝭ vt omnis nullus quilibet. sed econuerso non sequitur q̄ illud signū quod distribuit p multis vt vterq̄ etiā distribueret p omnibus.

**Arguitur** secundo. Diffinitio suppositiōis confuse nō est bene posita. igit̄. pbat̄ Nulla diffinitio bona debet conuenire alteri a diffinito. sed diffinitio suppositionis confuse cōuenit alteri a diffinito igitur. Maior est Boetij i libro diffinitionum. Et etiam diffinitio est ꝓpria diffinitio. modo ꝓprium conuenit tantum illi cui⁹ est proprium. Minor pbatur. quia conuenit suppositioni naturali. probatur quia ter-

minus supponens naturaliter supponit ꝑ pluribꝫ. Dictuum est enim ante in diffinitione suppositionis naturalis ꝙ in suppositione naturali terminus supponit ꝑ omnibus a quibus natus est participari et hoc fit pro pluribus.

¶ Dico verũ argumentũ ꝯcludit ꝙ terminus supponẽs naturaliter supponit ꝑ pluribus et etiam terminꝰ supponens confuse. sed non equaliter ⁊ eodẽ modo. terminꝰ em̃ supponẽs naturaliter supponit pro pluribus ⁊ omnibꝫ inferioribus per modum indifferentie. quia indifferenter pro suppositis vel natura. terminus enim supponẽs naturaliter non artatur nec restringitur ad supposita vl̃ naturam. ⁊ fit talis suppositio sine signo vniuersali. Sed in suppositione cõfusa terminꝰ cõmunis accipit̃ pro pluribus ratione signi vniuersalis et distribuitur ꝑ inferioribꝫ ⁊ suppositis tm̃ ⁊ nõ ꝑ natura.

**Arguitur** tertio. Aliquis terminus supponit confuse pro pluribus ⁊ tamẽ non mediante signo vniuersali. igit̃ diffinitio non valet. ꝓbat̃ antecedens quia in ista ꝓpõe nullus hõ est asinus. hoc predicatũ asinꝰ supponit ꝯfuse distributiue ⁊ non ratione signi distributiui igitur. Antecedẽs patet ꝑ prima parte ex vna regula generali logice que dicit ꝙ in ꝓpõne vniuersali negatiua tam subiectũ q̃ predicatum supponũt confuse distributiue. Sed pro secunda parte patet quia circa p̃dicatũ asinꝰ nullum ponitur signũ vniuersale negatiuum in ista nullꝰ homo est asinus solũ addit̃ subiecto. ¶ Dico ꝙ licet in ista nullus homo est asinus nullũ ponitur signũ negatiuũ quo ad vocem tamen quo ad virtutẽ. quia negatio addita subiecto virtutem suam distribuendi dirigit tam in subiectũ q̃ in predicatũ. Est em̃ regula Boetij in topicis ꝙ negatio est malignantis nature q̃cquid post se inuenit destruit et oppositũ eius inducit. et quicq̃d negatio negat confuse distributiue negat.

**Arguitur** quarto. Terminus cõmunis sumptus cũ signo vniuersali non supponit confuse distributiue. igitur diffinitio non valet. ꝓbatur antecedens de subiecto istius ꝓpositionis ~~cõmunis~~. omne ens quod est sortes currit. Iste terminus cõmunis accipitur cũ signo vniuersali distributiuo scꝫ om̃e ⁊ tñ non supponit confuse. probatur quia supponit discrete. Dictũ enim est ante ꝙ aggregatũ ex termio cõmuni ⁊ singulari mediãte ly qui que vel quod est terminus singularis et supponit discrete. ¶ Dico verũ argumentũ concluderet si in ista ꝓpositiõe om̃e ens quod est sortes currit. iste terminus ens acciperetur cõmuniter. sed capitur hic singulariter ratione restrictionis. diffinitio autem intelligitur de termino cõmuni cõmuniter sumpto.

**Arguitur** quinto. Terminus communis supponit confuse et non ratione signi vniuersalis p̃cedẽtis igitur diffinitio non valet. ꝓbatur antecedens. quia in ista homo inquantum hõ est animal. iste terminus homo supponit confuse ⁊ non capitur cũ signo vniuersali vt notũ est. Sed ꝙ iste terminus homo in ista reduplicatiua supponit confuse ꝓbatur autoritate Aristotelis p̃mo prioꝝ vbi ostendit ꝙ reduplicatio cadẽs super terminũ cõmunez facit eum stare vniuersaliter. mõ vl̃r supponere est confuse supponere. Et primo posterioꝝ dicit̃ ꝙ omnis reduplicatiua presupponit vnã de omni. modo in ꝓpositione de omni subiectũ accipitur confuse et vl̃r.

¶ Dico verꝝ argumentũ concludit ꝙ in ista reduplicatiua homo iquantũ hõ est aĩal homo supponit confuse implicite ⁊ virtualiter. sed pe. his. loquitur hic de cõfusione expressa ⁊ manifesta ⁊ sic argumentum non concludit.

**Arguitur** sexto. Alicubi est suppositio confusa vbi terminus cõmunis nõ accipitur cum signo vl̃i igitur dĩo non valet ꝓbatur añs de ista. totũ qđ est in mundo est in oculo meo. sil̃r hic. totus sortes est minor sorte. ꝙ hic nullus ponit̃ terminus cõis nolũm est. Sed ꝙ hic sit suppositio cõfusa. totũ qđ est in mundo est in oculo meo. probatur qꝛ in eius equiualenti est suppositio confusa: ergo etiam in ista tenet consequentia quia de equiualentibus idem est iudicium. hec enim. totum quod est in mundo est in oculo meo. equiualet isti. pars integralis in mundo est in oculo

meo.mō hic in ista pars integralis supponit confuse rōne illius signi vniuersalis q̄li bet. ¶Dico verū argumentū concludit q̄ in ista totum qō est in mundo est in oculo meo est suppō confusa tenendo totū syncathegoreumatice vt valet tm̄ sicut quelibet pars integralis.ꝛ licet in ea non ponit terminus communis cum signo vniuersali ex presse ꝛ manifeste.tm̄ implicite quantū ad resolutionē vt dictū est. Si aūt totū capit cathegoreumatice tūc ibi est suppō determinata ꝛ valet tm̄ q̄ aliquod certū ens qō est in mundo est in oculo meo.vt posito q̄ festuca sit in oculo meo.ꝛ sic ꝓpositio est ve ra.ꝑmo modo autem falsa.

**Arguitur** septimo. Diuisio suppositionis cōfuse in suppositioue cōfusā necessita te signi vel modi. ꝛnecessitate rei nō est bene posita igit diuisio nō va lz.pbat añs.qz diffinitio suppositionis cōfuse nō conuenit suppositioni confuse neces sitate rei.pbat.quia terminus qui debz supponere confuse debz supponere rōne signi vniuersalis sed in termino qui supponit cōfuse necessitate rei nullū ponit signuz vle vt patet de predicato huius ꝓpositionis.omnis homo est animal.¶Dico verū argu mentū cōcludit q̄ ista diuisio non valz vt pe.his.pbat in textu.nec ipe eam assertiue ponit sed tantū narratiue.Alij tm̄ qui tenent eam tanq̄ bonā dicūt q̄ licet in p̄dicato non ponit signū vle ꝑmo et quo ad vocē.tamē ex consequēti ꝛ virtualiter. Rō quia ex quo distribuit subiectū homo ꝛ animal est in homine tunc etiā animal distribuitur quicūd em recipit fm naturā recipientz recipit vt dt cōmentator.iij.de anima.

**Arguitur** octauo ꝛ vltimo. Littera pe.his.est falsa igit male posita.pbat añs: quia hoc verbū sūz non supponit vt dicit in textu q̄ in ista ꝓpositione omis homo est animal.hoc verbū substantiuū est supponit ꝑ tot essentijs animalitatis q̄t intelligunt esse in homine.Q̄z aūt non supponit.pbat.Illud qō copulat nō suppō nit.sed qōlibet verbū copulat ergo non supponit.Maioꝛ patz ex ꝓmis dictis cir ca diffinitionē suppositionis in genere.similiter minoꝛ.Nomina em adiectiua similit verba copulant.sed nomina substātiua supponūt. ¶Dico q̄ pe.his.in textu dicens q̄ verbū supponit non loquit assertiue ꝛ doctrinaliter.sed loquitur narratiue ponens ꝛ narrans positionē aliorum. Alij tamen dicunt q̄ hic accipitur species ꝓ genere vt supponere ꝓ accipi.ꝛ sic argumentum non concludit.

**Queritur vltimo. vtrū rationes quattuoꝛ quibus pe.** his.pbat p̄dicatū vniuersalis affirmatiue supponente simpliciter ꝛ non confuse nec mobiliter nec immobiliter sunt sufficienter ꝛ bene assignate.

Postquā pe.his.posuit diuisionē suppositionis confuse in suppositionē confusaz ne cessitate signi vel modi ꝛ in confusam necessitate rei. Jam ostendit istaz diuisio nem non esse bonā.ꝛ pbat quattuoꝛ rationib⁹ q̄ p̄dicatū vniuersalis affirmatiue nō supponit confuse necessitate rei vt multi dixerunt antiqui. Et ꝑma ratio pe.his.ē hec q̄ predicatū vniuersalis affirmatiue nec potest supponere confuse mobiliter nec im mobiliter.sed pon⁹ supponit simpliciter.vt in ista omnis homo est aīal. Et arguit sic quicquid p̄dicat de aliquo in predicatione p se ꝛ directa.aut p̄dicat vt māius de mi noꝛi aut equale de equali.i.conuertibile de conuertibili.sed in ista ꝓpositione omnis homo est animal.animal nō p̄dicatur ō homine vt equale ꝛ cōuertibile.qz aīal plꝰ ꝑcat q̄z homo quare cōcludit q̄ animal p̄dicat de homine vt māius de minoꝛi. Tūc vltra.animal p̄dicat de homine vt maius.sz non vt maius accidentale quēadmodū albus p̄dicatur de homine dicēdo homo est albus.ꝛ per consequens animal p̄dicatur de hmine vt maius essentiale ex sufficienti diuisione Tunc vltra. animal p̄dicatur de homine vt maius essēiale ꝛ non vt differentia quia animal non est differentia cōcludit ergo q̄ in ista ꝓpositione.omnis hō est aīal.animal p̄dicatur de homi

ne vt maius essentiale ⁊ genus. duo em tantū sūt p̄dicata in genere ⁊ in cōmuni q̄ sūt de essentia rei vt genus ⁊ differentia vt dicitur p̄mo posterior. sed genus vt gen⁹ nō p̄dicatur vt multiplicatū in sua inferiora sed absolute. sed in se ⁊ in rōne generis. quare concluditur q̄ in ista ꝓpositione. omnis homo est animal. animal non accipitur cōfuse nec mobiliter nec immobiliter pro vt multiplicatur in sua inferiora. sed accipitur in ratione generis. quare ꝓpositū verum.

## Notandū secūdo Secunda ratio pe. his q̄ in ista vniuersali affirmatiua. omnis hō est animal. p̄dicatū anīal non supponit cōfuse nec mobiliter nec immobiliter. sed potius simpliciter. ⁊ supponit dictū aristo. p̄mo topicorū vbi ostēdit q̄ p̄dicata dyaletica sūt quattuor scz genus differentia ꝓpriū ⁊ accn̄s. Isto supposito arguit sic. Omne qd̄ p̄dicat̄ de aliquo in p̄dicatione directa. aut p̄dicatur de eo de quo p̄dicat̄ cōuertibiliter aut non conuertibiliter. Si conuertibiliter tunc talia p̄dicata sunt duo scz diffinitio ⁊ ꝓpriū. ꝓpriū enim p̄dicat̄ conuertibilit̄ de eo cui⁹ est ꝓpriū vt omnis hō est risibilis. risibile p̄dicat̄ de homine cōuertibiliter. omīs enim hō est risibilis ⁊ ecōuerso oē risibile est hō. Similiter diffinitio p̄dicat̄ conuertibiliter de suo diffinito. omīs enim hō est animal rōnale ⁊ oī anīal rōnale est hō. Si aūt non p̄dicatur cōuertibilit̄ hoc est dupl̄r. Aut em̄ tale p̄dicatū est accn̄s subiecti vt homo est albus. Aut predicatū est de essentia subiecti ⁊ sic est gen⁹ Cōstat aūt q̄ in ista propositione omīs hō est anīal. animal nō p̄dicat̄ de homine cōuertibiliter: quia nō omne anīal est hō licet omnis hō est anīal. Nec animal p̄dicatur d̄ homine vt accn̄s. quia animal p̄dicatur de homine in p̄mo modo pseitatis. mō illud qd̄ predicatur in mō p̄mo pseitatis est de essentia rei vt non eius accn̄s vt dicit̄ primo posterior. Cōcludit̄ ergo q̄ in ista ꝓpositione. omnis hō est animal. animal p̄dicat̄ de homine nō cōuertibiliter sed essentaliter. vt genus. gen⁹ aūt gen⁹ predicat̄ in rōne vl̄is s̄m se ⁊ non vt est multiplicatū in sua inferiora. quare sequit̄ illud qd̄ prius scz q̄ in ista. omīs homo est animal animal nō supponit cōfuse nec mobiliter nec immobiliter. quia sic supponeret vt esset multiplicatum ⁊ non in ratione generis.

## Notādū tertio q̄ tertia ratio pe. his. qua probat q̄ predicatū vniuersalis affirmatiue in qua predicatur genus de specie non supponit confuse nec mobiliter nec immobiliter sed singulariter. Et arguit sic. Si predicatū vniuersalis affirmatiue supponeret confuse distributiue vel mobiliter vel immobiliter: sequeretur q̄ totū in q̄ntitate ⁊ totum vniuersale coinciderent qd̄ est contra diuisionem totius. Totū enim diuiditur in totū in q̄ntitate ⁊ totum vniuersale sicut in partes oppositas ⁊ desperatas. eo q̄ omnis diuisio debet fieri per opposita ⁊ diuersa vt dicit Boetius .n libro diuisionum. Probat̄ sequela. opposita non conueniūt vni. sed si animal in dicta ꝓpositione. omnis hō est auimal supponeret confuse mobiliter vel immobiliter. hoc est distributiue. tūc idem scz animal esset totum vniuersale ⁊ etiam totum in q̄ntitate. Nam in hac ꝓpositione. omnis homo est animal. quia genus de specie tūc predicatū haberet rōnem totius vniuersalis. sed si predicatum supponeret confuse p̄dicatū haberet rōnem totius in q̄ntitate. patet quia totum in q̄ntitate fit significatum termini communis multiplicatur in sua inferiora. si ergo animal supponit cōfuse multiplicaret̄ in sua inferiora ⁊ sic esset totum in quantitate. Concluditur ergo q̄ in ista omnis homo est animal. animal supponit simpliciter ⁊ non cōfuse. nec mobiliter nec immobiliter. Postea pe. his. ponit quartam rationē q̄ in ista. omnis homo est animal. hoc predicatum animal supponit simpliciter ⁊ non confuse. ⁊ arguit sic. In omni propositione in qua superius predicatur de inferiori superius comparatur ad inferiora vt vnum ad multa. ⁊ inferiora comparantur ad superius vt multa ad vnum in q̄ntitatē illa multa participant vnam naturā superioris in qua essentialiter conueniunt. sed si

# De Suppositione

In ista ꝓpositione. omnis homo est animal. animal supponit confuse non comparetur predicatum ad subiectum vt vnum ad multa. sed potius vt multa ad multa. si enim animal in predicato supponeret confuse sicut in subiecto intelligeret multiplicatō. sic fiet in ꝑdicato intelligeret multitudo correspōdens sed hoc est contra rōnez superioris et comperationē eius ad inferiora quare concluditur q in ista. omnis homo est animal. animal non supponit simpliciter confuse. sed simpliciter et hoc est tenendum.

**Notandū quarto et vltimo q̄** pe. bis. in fine soluit rationem qua mouebantur plurimi ad dicendum q̄ in hac ꝓpositione. omnis homo est animal. hoc predicatū animal supponit confuse immobiliter et q̄ tot animalitates significarentur in predicato q̄t humanitates importarentur in subiecto. Et declarat hoc p̄ simile in ista ꝓpositione. omnis homo est albus. oporteret enim q̄ tot intelligerent animalitates in subiecto quot sunt homines. et tamen hoc subiectum homo non habet illas animalitates a predicato albo. quia predicatum albus non dicit animalitates. et p̄ ꝑs subiectū ex se habz multiplicationē animalitatū et nō a predicato. Sic similiter est in ista. omnis homo est animal. ibi in homine intelliguntur tot animalitates q̄t sunt homines. et tamen non habet eas a predicato sed a se. et per ꝑs concluditur q̄ in ista ꝓpositione. omnis homo est animal. animal non confunditur confuse immobiliter sed supponit simpliciter. patet ergo ista diuisio suppositionis est imperfectus. suppositionū ꝑfectarū q̄da ē cōfusa necessitate signi et q̄dā necessitate rei. ¶ Sequit corol. q̄ non est simile de diuisione albedinis fm diuisionē parietis. et ō diuisione. g. finis respectu speciei. Ratio. quia albedo est in pariete fm esse reale et extensum. vnde et dicit aristoti. in predicamento quantitatis. Tm album dicens quanta est superficies albi Superius autem est in suo inferiori fm esse rationis tantum et sic intellectus potest illud comprehendere vt vnum licet sit multiplicatum realiter in sua inferiora. Genus itaq̄ vt multiplicatum est. non est genus et vniuersale sed potius species. Concluditur ergo finaliter q̄ in ꝓpositione vniuersali affirmatiua in qua predicatum predicatur per se et essentialiter de subiecto in ratione generis solum supponit simpliciter et non confuse. nec mobiliter nec immobiliter. Iste notabiles sic stantibus est.

**Conclusio respōsalis. Rationes quatuor pe. bis.** quibus probat predicatum vniuersalis affirmatiue simpliciter et non confuse nec mobiliter nec immobiliter sunt bene et sufficienter assignate. Veritas huius cōclusionis patet ex his que dicta sunt in notabilibus.

**Arguitur** primo. Predicatum vniuersalis affirmatiue non supponit simpliciter igitur determinatio pe. bis. non valet. probatur antecedens in illa. omnis homo est currens. in qua predicatum currens non supponit simpliciter. probat terminus supponens simpliciter supponit pro natura communi. sed currens non supponit pro natura communi igitur. Maior est nota ex dictis Minor quia currens significat actum currendi. actus autem sunt suppositorum vt dicit primo methaph. ¶ Dico verum argumentum concludit q̄ predicatum vniuersalis affirmatiue supponit simpliciter. verum est de vniuersali in qua predicatur predicatum qō est quidditatiue superius ad subiectum. vt omnis homo est animal. Et non intelligitur ō vniuersali in qua predicatur accīs commune de subiecto.

**Arguitur** secundo in ista ꝓpositiōe. omnis homo est animal. predicatū non supponit simpliciter. probatur. Illud qō distribuitur non supponit simpliciter. sed in ista. omnis homo est animal. hoc predicatum animal distribuitur igit nō supponit simpliciter. Maior quia terminus supponens simpliciter supponit absolute pro natura communi nō distributa nec multiplicata. Minor. probatur. quicquid est in

alio distribuitur ad distributionem illius in quo est. sed animal est in homine igit̃ animal distribuitur ad distributionem subiecti scz hdmo. Maior quia quicquid recipit̃ s̃m naturã recipientis recipitur vt dicitur tertio de anima. Minor est nota. quia animal est de essentia hominis. modo essentia rei est in eo cuius est essentia vt dicitur septimo metaphice. ¶ Dicõ verum argumentum concludit ꝙ omne quod recipitur in aliud s̃m naturam recipientis recipitur mnltiplicatur ⁊ distribuitur. quo modo albedo diuiditur ⁊ partit̃ ad diuisionez parietis. sed illud qd̃ recipitur in aliud s̃m rationẽ tantum ⁊ sicut superius in suum inferius non oportet. Intellectus enim noster apprehendit illud superius vt vnum ⁊ sic superius recipit̃ in inferius s̃m rõnem tm̃.

**Arguitur** tertio. In ista ꝓpositione. omnis homo est animal. hoc predicatuz animal distribuitur. ꝓbatur Forma partitur ⁊ diuiditur ad diuisionẽ materie. sed predicatum habet rõnem forme ⁊ subiectum rõnem materie. ⁊ per ꝯñs predicatum huius ꝓpositionis. omnis homo est animal. diuiditur ad diuisionem subiecti ⁊ sic supponit distributiue ⁊ non simpliciter Maior est nota. quia materia nõ potest esse sine forma primo de generatione vbi dicitur ꝙ materia non est sine morpheis et passionib. minor est nota. quia predicatum restringit subiectum. modo restringere est ꝓprietas forme. ⁊ restringi ꝓprietas materie. ¶ Dico verum argumentum concludit de illa forma que multiplicatur multiplicatione reali ad multiplitationẽ materie quo modo genns non multiplicatur in suas species vt dictum est.

**Arguitur** primo. Nulluꝫ est relatiuũ accidentis. ꝓbaꝛ Omne relatiuum debet supponere: sed telatiuũ accidentis ꝑcat accidens ⁊ non supponit. igiꝛ nullũ est relatiuuꝫ accidentis. Maior. quia relatiuum suam suppositionem capit ab antecedente. Minor. quia suppositio est ꝑcatio rei substantiue ⁊ non adiectiue. vt dictum est circa diffinitionem suppositionis. ¶ Dico verũ argumentũ concludit relatiuũ ꝑcat accidẽs respectu sui antecedẽtis. nõ adiacenter sed subsistenter. Melius dicendũ. ꝙ relatiuum refert añs accidentis ratione sui ꝑcati materialis. ⁊ non ratione ꝑcati formalis. ⁊ sic accidẽs in ꝯcreto acceptũ supponit pro materiali ⁊ nõ ꝓ formali.

**Arguitur** scd̃o. Talis non est relatiuũ. igiꝛ ꝓbatur. quia est relatiuuꝫ substantie ꝓbatur in ista. iohãnes est rõnalis. iohãnes est sensibilis: ⁊ talis ẽ plato. hic hoc relatiuũ accidentis scꝫ talis refert substantiam. ꝓbatur quia rationale sensibile sunt differentie substantiales: ⁊ omnes sunt in predicamento substãtie. ¶ Dico verum argumentũ cõcludit ꝙ differẽtie essentiales ꝑm rem sunt substantie. tũ ꝑm modũ [redacted] subẽ patet qꝛ conueniunt essentialiter modo subãtie non est cõnotare. Unde ⁊ multi logici tenent ꝙ differentie essentiales nõ sunt in ꝑdicamẽto substantie. sed potius in predicamento qualitatis. ⁊ ꝑm eos res d̃r quales essentialiꝛ.

**Arguitur** tertio. Relatiuum accidentis etiam refert suum añs sub forma vniuocatiõis. ꝓbaꝛ in ista. socrates est risibilis ⁊ talis ẽ plato. hoc relatiuum talis refert hoc añs scꝫ risibilis. ⁊ risibile est vniuocũ. ꝑm enim porphirium in capitulo de ꝓprio. ꝓpria passio predicaꝛ vniuoce. ¶ Dico veruꝫ argumentum cõcludit ꝙ ꝓpriuꝫ ꝑdicaꝛ vniuoce ꝑm modũ. quia non suscipit magis neqꝫ minus. tamẽ ꝑm rẽ ꝑdicaꝛ accidentaliter ⁊ denominatiue non quide extrinsice sicut accidentia communia. sed intrinsece. ꝓprium eniꝫ sequiꝛ essentiam rei ⁊ ꝑncipia essentialia rei intrinsece: Porphirius ergo dicens ꝙ ꝓpriuꝫ ꝑdicatur vniuoce capit vniuocũ non pro ꝑdicato essentiali sed pro illo qd̃ sequiꝛ essentiam ⁊ substantiam rei intrinsece.

**Arguitur** quarto ⁊ vltimo. Relatiuum accidentis non ꝑcat vnum accidens inesse diuersis rebꝫ. igitur declarauo pe. his. nõ valet. ꝓbaꝛ añs. quia

idem non est in diuersis. modo omne accidens fm se est vnū. igit. Maior est aris. iiij. metaph. Et. vij. metaph. 6z. Accidens non migrat de subiecto in subiectum. Minor est nota. qōlibz em accns fcat vnā formā. ¶Dico vez argumētū cōcludit q relatiuū accidentis fcat idem accns messe diuersis reb⁹. verum est idem accns in specie ꝫ nō in numero. z sic accidentium non concludit. Et tm de suppōne terminoꝝ absolutorū z etiam relatiuorum.

## Circa tertium tractatum scientie paruoꝝ logicaliū pe.

bis. Querit primo Utrum diffinitio ampliationis z eius modi sūt sufficient assignati.

Iste est tractatus tertius partialis huius septimi tractat⁹ Pe. hispa. in quo determinat de ampliatione penes quā sepius variat veritas z falsitas ꝓpositionum. Pro intellectione tractꝰ questionis mote.

## Notandum primo q Pe. bis. volens determinare de

ampliatione Primo reperit diffinitionem suppositionis personalis z eius diuisionez ꝓpter hoc vt ipse ostendat q ampliatio fundat in suppositione personali z eam psupponit: vñ dicitur ampliatio quasi ampla suppositio. ponens autem diffinitionem suppositionis personalis. dicit. Suppositio personalis. est acceptio termini cōmunis p suis inferiozibus z diuidit eam in suppositionem determinatam z confusam de quibus sufficienter dictum est in libro suppositionum. Unde hoc necessarium non est repetere. conturbat em qō frequentat. vt dicitur. vi. z vij. topicoꝝ. Q autem ampliatio presupponit suppositionem personalem z tractatum suppositionum patz: quia nimis commune presupponit magis commune: vt homo pōsupponit animal. Suppositio autem est ꝓprietas termini communiz q ampliatio: suppō enim habz fieri circa plura. vt circa terminos communes z discretos. ampliatio autem solum circa terminos communes. vt dicet inferius. Omnis ergo terminus qui ampliatur supponit: ꝫ non omnis terminus qui supponit ampliatur. Subiectum autē in scientia ampliationē est terminus ampliabilis. Et eius ꝓpria passio posse ampliari vel accipi ampliatiue. Secundum enim aristo. pmo posterioꝝ subiectum scientie debet esse cōmunissimū z primū in aliqua scientia consideratuꝫ. ad qō omnia posteriora habent ordinē z attributionem. Et hoc in ꝓposito est terminus ampliabilis. patet ergo q terminus ampliabilis in scientia pōsentis tractatus est subiectum.

## Notandum secundo Pe. bis. ita diffinit ampliationem

Ampliatio est extensio termini communis a minori suppositione ad maiorem. vt cū dicit homo potest esse antixps. iste terminus communis homo non supponit soluz p his qui sunt: sed etiam ampliat ad futuros z ad illos qui possunt esse. Pro qua diffinitione intelligenda. Diffinitum pōsentis diffinitionis est ampliatio logicalis. vnde dicitur ampliatio quasi ampla suppositio. ad denotandum q terminus qui debet ampliari debet supponere. z sic ampliatio est inferius ad suppositionem. ~~omnis cū idem terminus qui supponit ampliatur~~. licet non econuerso: omnis terminus qui supponit q etiam ampliaretur. Terminus em singularis supponit. z non potest ampliari. 2 h pe. bis. tenuit in diffinitione: cum dixit: terminus communis: ꝓpter excludere terminum singularē qui non potest ampliari. Pro genere autem in diffinitione ponitur extensio non capit autem hic extensio ꝓprie vt extensio est dilatatio quātitatis realis. quomo mathematici capiunt et phi extensionem quomodo in augmentatione realī est quantitatis maiozamentū: z maior extensio. Sed capitur hic extensio similitudinarie ad similitudinem quantitatis realis. sicut enim in quantitate fit extensio partium magnitu

dinis ad maiores dimensiones. scz longitudinem latitudinem ⁊ profunditatez. Sic etiam in ampliatione logicali terminus communis extenditur a minori ambitu suppositorum ad maiorem suppositorꝝ ambituz. vt cum dicit. homo currit. homo supponit pro p̄sentib⁹. sed cum dicit. homo curret supponit pro presentib⁹ ⁊ etiam pro futuris. Et hoc pe: his. tetigit in diffinitione cum dixit. a minori suppositione ad maiorem. Scientiam aūt ampliationuz aristo. tetigit p̄mo elencorū. dicens. laborans sanabat. Cum enim dicit laborans. i. infirmus vel febricitans sanatur. laborans accipit soluz pro infirmo p̄senti. sed cum dicit laborans sanabat. laborans ampliatur per hoc verbū sanabat p̄teriti imperfecti tēporis pro illo q̄ ē vel fuit infirm⁹ ⁊ laborās ⁊ valz pro positio tantum ille qui est vel fuit laborans sanabat. ⁊ sic etiam est in alijs. vt dicet inferius. ¶ Sequit corrollarie ꝙ sciētia ampliationuz necessario est inuenta ꝓpter ostēdere veritates multarum ꝓpositionuz quaꝝ veritas non potest haberi perfecte ⁊ exprimi sine scientia ampliationum. sic similiter est de falsitate multaꝝ ꝓpositionū quaꝝ falsitas non comprehendit nisi expressa ⁊ cognita ampliatione terminorum. vt patz de istis suspensis in patibulo corilabūt in foro. meretrix erit virgo. senex erit puer. similiter sanctus in celo erit peccator in terra: vt dicetur inferius.

## Notandum tertio Petrus hispanus in tertu ostendit

quomodo ampliatio habet fieri per diuersas partesoratiōis. Primo enim fit per nomen. vt hominem esse antixp̄m est possibile. iste modus possibile qui est nomen ampliat istum terminum communem homiuez: non pro illo qui est tantum: sed pro illo qui est vel potest esse. Ad quot tamen differētias temporis habet ampliare iste modus possibile vel hoc verbum potest vel eius participium: dicetur in vna regula sequenti. Secundo ampliatio fit per participiuz: vt homo potest esse animal. Tertio ampliatio fit per aduerbium. vt homo necessario est animal. in qua subiectum homo non accipitur tantum pro p̄senti homine sed etiam pro futuro. vt patebit inferius distincte in regulis. Postea pe. his. ponit diuisionem ampliationis. ⁊ dicit ꝙ ampliatio est duplex. Quedam enim est ampliatio que fit respectu suppositorū. vt homo potest esse albus. Alia est que fit respectu plurium temporum. vt homo necessario est animal. Ampliatio enim ratione suppositoruz est quando terminus sumitur pro pluribus suppositis vigore ampliationis q̄ ante ampliationem. vt homo potest esse alb⁹ hoc subiectum homo ampliatur pro presentibus hominib⁹ ⁊ futuris. ⁊ valet tantum homo qui est vel potest esse potest esse albus. Sed ampliatio respectu temporuz est quando terminus extenditur pro pluribus aut pro omnibus differentijs temporum vt homo necessario est animal. similiter hic. hominem impossibile est esse asinum. in his enim ꝓpositionib⁹ necessario ⁊ impossibile ampliaut hominem ad omnem differentiam temporis. prima enim valet tantuz: quandocūqꝫ homo est vel erit vl fuit necessario homo est animal. similiter secunda valz tantum. quādocumqꝫ homo est vel erit vel fuit impossibile est ꝙ homo sit asinus. Differētie em̄ temporꝝ iuxta aristo. iiij. phisicoꝝ: sunt tres p̄sens preteritum ⁊ futurum. ¶ Sequitur corrollarie ꝙ in ista homo necessario est animal: homo ampliatur ad omnes tres differentias tēporuz. sed cuz dico. homo potest esse alb⁹. homo ampliat ad duas differentias temporꝝ. scilicz ad presens ⁊ ad futurum. ⁊ non ad p̄teritum. quia ad preteritum nulla est potentia. vt dicitur primo celi. Et hec ampliatio que est ad omnia tempora est irrestricta. sed illa que est ad aliquas differentias tēporuz dicit restricta. ⁊ fit pro multis suppositis ad certas differentias temporum.

## Notandū quarto ⁊ vltimo ꝙ Pe. his. in fine textus ponit duas regulas. vnam de ampliatione que fit respectu suppositorum. ⁊ est ista. Ter

minus supponens ⁊ suppositum reddens verbo habenti vim ampliaudi a se vel ab alio ampliatur ad illa que possunt esse sub forma termini supponētis. idest sub forma li ſcato termini supponentis ⁊ pro his rebus que possunt in presenti ⁊ in futuro recipere predicationem talis termini supponentis. vt homo potest esse alb. iste termin⁹ homo ampliatur pro homine qui est vel etiam pro illo qui potest esse. ¶ Sequitur corrollarie ꝙ aliquando alique dictiones ⁊ aliqui termtni habent ampliare ex se ⁊ ratione sui. vt est hoc verbum potest. Aliquando autem habet vim ampliandi ab alio. vt verbum substantiuum est. habet virtutem ampliatiuam ab illo participio potens vel ab illo modo possibile. vt dicendo est: potens est: possibile. vt homo est potens esse animal. ⁊ etiam in ista animal possibile est esse album. Secunda regula petri hispani est que fit respectu ⁊ ratione temporis. ⁊ est ista. Terminus communis supponens ante verbum positus. vel etiam terminus cōmunis apponens idest post verbum positus respectu verbi habentis vim ampliandi ad tempus. talis terminus cōmunis ampliatur pro omni differentia tēporis ad presens: p̄teritum ⁊ futurum. vt hō necessario est animal. iste terminus communis homo: ampliatur pro p̄sentib⁹ p̄teritis ⁊ futuris. vt dictum est prius.

## Petrus hispanus pro ampliori notitia ampliationis

habenda mouet in textu hoc sophisma. Impossibile potest esse verum. Et ad huius sophismatis intelligentiam arguit pro ⁊ cōtra. ⁊ finaliter respōdet ꝙ sophisma est falsum. Arguit autem primo ꝙ sophisma sit verum. Illud qd̄ est vel erit impossibile potest esse verum. ergo impossibile potest esse verum. tenet consequentia ab exponente ad expositam. exponens enim ⁊ exposita conuertuntur quinymo quando sunt multe exponentes: omnes conuertuntur cum exposita. non quo ad quantitatez: sed quo ad veritatem vel falsitatez. vt dicetur in tractatu exponibilium. Antecedens probatur quia sequitur bene. antixp̄m non fuisse post tempus suum determinatum eius: est impossibile: supposita veritate scripture diuine: que ostendit determinatum tempus aduentus xp̄i. vt patet in apocal. iohis. ⁊ tamen hoc modo est verum. quare concludit pe. hii. ꝙ impossibile est verum. In oppositum autem ꝙ sophisma propositum sit falsuz arguit sic. Quicquid potest esse verum est possibile. sed impossibile potest esse verum. ergo impossibile est possibile. qd̄ est falsum. quia oppositum concluditur de opposito. tenet cōsequētia in tertio modo prime figure. scilicz darij. Et quia cōclusio est falsa ergo aliqua premissarum debet esse falsa. ⁊ nō maior: ergo minor. que est sophisma propositum: ergo sophisma falsum. Q⁊ etiam impossibile non potest esse veruz probatur. quia impossibile non potest esse. ergo nec potest esse verum. tenet ꝯña a superiori negato ad inferius. esse enim verum presupponit esse. Q⁊ autem impossibile non potest esse. quia ideo dicit impossibile: quia ei repugnat existentia in natura. Postea pe. his. respondet ad sophisma propositum. ⁊ dicit quod est falsum. ⁊ soluit ex consequenti rationem que probabat sophisma esse verum. ⁊ dicit ꝙ in probatione hui⁹ sophismatis committitur fallacia accidentis. qd̄ sic patet. quia vt dicitur in sexto tractatu. In fallacia accidentis sunt tria. scilicet res subiecta. attributum: ⁊ accidens. modo ista tria inueniuntur in probatione huius sophismatis. quia cum dicitur qd̄ est vel erit impossibile tangitur res subiecta. sed cum dicitur impossibile: tangitur accidens scilicet impossibilitas. attributum autem qd̄ significatur vtriqz inesse scz taz rei subiecte ⁊ etiā accidenti: est potest esse verū. ⁊ hoc verū cōuenit vni. creditur etiā posse alteri cōuenire cui tamē nō conuenit. Istis notabilibus sic stantibus est.

## Conclusio responsalis. littera Pe. hispa. de diffinitio-

ne ampliationis ꝛ eius modis est sufficiēter assignata. veritas huius cōclusionis patꝫ ex his que dicta sunt in notabilibus.

**Arguitur** primo. Ampliatio non est extensio termini communis. ꝓbatur sic. quia terminus singularis etiam potest ampliari ꝓbatur in ista antichristus potest esse: que valet tantum antichristus nunc est in ꝓsenti tempore: vl̄ potest esse in futuro tempore. Dico verum argumentū concludit q̄ terminꝰ singularis ampliatur ampliatione cōmuniter dicta: que est respectu diuersoꝝ temporum: sed nō ampliatur ampliatione ꝓprie dicta: que est respectu pluriū suppositoꝝ. terminꝰ enim singularis non habet plura supposita.

**Arguitur** secundo. Terminus singularis ampliatur. ꝓbatur. illud quod restringitur potest ampliari: sed terminus singularis restringitur. ergo etiam terminus singularis ampliatur. Maior patet. quia restrictio et ampliatio sunt opposita priuatiue: modo opposita priuatiue habent fieri circa idem. vt dicitur i post predicamentis. Minor patet in ista. Johānes albus currit. in qua iste terminus singularis iohannes restringitur solū ad album iohannem.

¶ Dico verum argumentū concludit q̄ terminus singularis restringitur restrictione improprie dicta: que est ratione cōsignationis accītalis. Sed non restringitur restrictione ꝓprie dicta: que est ad paucioza supposita. quia terminus singularis non habet sub se aliqua supposita nec inferius se essentialiter.

**Arguitur** tercio. Ampliatio non est ꝓprietas termini supponētis ꝑsonaliter. ergo determinatio Petri hispani nō valet. ꝓbatur antecedēs. quia terminus supponēs naturaliter potest ampliari igitur suppositio nō est ꝓprietas termini supponētis personaliter. ꝓbatur añs in ista ꝓpositiōe. homo potest esse animal. iste terminus homo potest supponere naturaliter: et supponit naturaliter quādo capitur per se: et hic ampliatur per hoc verbum potest. Dico verū argumentū concludit q̄ terminus supponens naturaliter per se potest ampliari quādo ponitur respectu dictionis ampliatiue. terminus ergo supponēs naturaliter ꝛ retinens suppositionē naturalē non potest ampliari: sed cum eam non habet potest ampliari.

**Arguitur** quarto. Ampliatio non est ꝓprietas termini supponentis personaliter. ꝓbatur. quia terminus supponꝰs simpliciter etiā potest ampliari. vt patet in ista ꝓpositione. homo necessario est species. Dico verū argumentum concludit q̄ terminus supponēs simpliciter potest ampliari quo ad tempoza tantum non aūt quo ad tēpoza ꝛ supposita simul: modo terminus qui ampliatur ad suppositа et tempora vere ampliatur.

**Arguitur** quinto. Terminus supponens simplr potest ampliari quo ad supposita. igitur solutio predicta non valet. ꝓbatur añs. terminus cōmunis potest ampliari ad supposita: sed terminus supponēs simplr est terminus cōmunis. igitur Maior quia terminus dicit cōmunis. q̄ predicatur de pluribꝰ: et habet multa supposita. vt dicit Petrus hispa. in primo tractatu. in diffinitiōe termini communis. Minor est nota quia terminus supponens simpliciter supponit ꝓ natura communi: et per consequens ipse est cōmunis. signū enim ꝛ signatū debēt esse ꝓporcionata. Dico verum argumentum concludit q̄ terminus suponens simpliciter est terminus cōis. q̄ ꝓcat natura cōmunē: et talr nō ampliat nec restringit. sz nō est cōis cōmunitatis ꝓcationis suppositoꝝ: quo modo terminus qui ampliatur dicitur cōmunis.

**Arguitur** sexto. Ampliatio non ꝓsupponit suppositionez. et ꝓ ꝑns ampliatio nō est extensio a minori suppositiōe ad maiorem. ꝓbatur antecedēs. vnū disparatorum non ꝓsupponit aliud. sed suppositio ꝛ ampliatio sunt disparata: igitur ampliatio non ꝓsupponit suppositionem. Maior. quia vnum disparatorum est contrarium alteri. ergo vnum non ꝓsupponit aliud. Minor. quia ampliatio et

suppositio sunt distincte species terminozum. Dico verum argumentū concluderet si suppositio et ampliatio essent vere disparata. Modo suppositio ꝛ ampliatio habēt se sicut inferius ꝛ superius. ꝛ sic argumentū non concludit.

**Arguitur** septimo. Ampliatio non est extensio. igitur. probatur. ꝓpria passio nō derelinquit suuz subiectum Sed extensio est ꝓpria passio quantitatis realis. igitur ampliatio non est extensio. Maioz. quia subiectum ꝛ sua passio cōsequuntur se inseparabiliter. Minoz est Aristotelis quinto methaphce. vbi ostendit q ꝓprium est quantitatis extendi ꝛ habere partes extra partes.

¶ Dico verum argumentum concludit de extensione reali: de qua non est ad propositum. Sed hic fit mentio de extensione logicali ꝛ similitudinarie dicta.

**Arguitur** octauo ꝛ vltimo. Terminus non potest extendi a minozi significatiōe ad ꝛcationem maiozem: igitur diffinitio non valet. probatur antecedens. forma rei non suscipit magis ꝛ minus. sed significatio est forma termini significantis. igitur. Maioz est Gilberti Porritani autoris sex principiozū. quia forma cōsistit in quodam indiuisibili. Minoz patet. quia termini distinguuntur per significationes suas. modo forma est que separat ꝛ distinguit. vij. methaphce. ¶ Dico verum argumentum concludit q significatio ꝛm se non extenditur. sed bene ratiōe alicuius additi vel respectu suppositoꝛ ꝛ tempoꝛ. ꝛ sic etiam intelligenda est diffinitio.

## Pro ampliozi notitia scientie ampliationum habenda: subiungende sunt alique regule quibus natura terminozum ampliantium intelligi possit ꝛ cognosci. Prima regula. Terminus positus a parte subiecti respectu verbi preteriti perfecti tempozis: qō est copula principalis vel etiam ipsam includens talis ampliatur pro illo qō est vel fuit. vt homo fuit animal. que valet tantum. homo qui est vel fuit: fuit animal. Dico notanter in regula respectu verbi preteriti perfecti tempozis. quia respectu verbi preteriti imperfecti tempozis ampliatur terminus pro eo qō est ꝛ erat. vt laborans sanabatur. Respectu autem verbi preteriti plusq̄ perfecti tempozis ampliatur pro eo quod est vel fuerat.

¶ Secunda regula. Terminus cōmunis a parte subiecti positus respectu verbi futuri tempozis quod est copula principalis vel copulam principalem includens ampliatur pro illo quod est vel erit. vt homo erit animal. que valet tantum homo qui est vel erit. id est nascetur. erit animal. ¶ Tertia regula Terminus positus a parte predicati respectu verbi preteriti vel futuri tempozis non ampliatur. sed supponit ꝛ accipitur scōm exigentiam copule. vt homo fuit animal. hoc predicatum animal non ampliatur: sed supponit pro animali ꝛ accipitur qō natum est ꝛ genitum scōm significationem tempozis in illo verbo fuit designatum Sic similiter in ista homo erit animal hoc predicatum animal non ampliatur: sed supponit ꝛm exigentiaz tempozis qō per copulam importatur. scilicet pro animali qō nasci debet ꝛ generari. Ratio huius regule est ista. quia generaliter termini ampliatiui non ampliant post se terminum sequentem sed precedentem: licet negatio negat terminum sequentem huius ratio dicetur inferius. Dico notanter q termini ampliatiui ampliant in ante ꝛ non in post. qz aliqui sunt termini ampliatiui qui ampliāt in ante ꝛ post. vt dicetur in regulis sequentibus. ¶ Quarta regula. Terminus cōmunis positus a parte subiecti respectu participij preteriti tempozis qō est predicatum principale: terminum communem precedentem ampliat pro illo qō est vel fuit: vt homo est mozuus. hic participium mozuus qō est preteriti tempozis ꝛ predicatum principale: ampliat hoc subiectuz homo pro illo qō est vel fuit homo. Unde predicta propositio valet tantuz. illud qō est vel fuit homo est mozuum. ¶ Quinta regula. Terminus communis positus a parte subiecti respectu participij futuri tempozis: quod est predicatum principale: ampliatur p

illo qd̄ est vel erit. vt homo est generandus. hoc participium futuri temporis generandus ampliat hoc subiectum homo pro illo qd̄ est vel erit. vnde propositio valet tantum. homo qui est vel erit ē generandus. ¶ Sequitur corrollarie q̄ in istis a me auditur omnis legendus. a me examinatur omnis promouendus nihil ampliatur. Ratio. quia participium futuri temporis non est predicatum per se. ¶ Sequitur corrollarie secundo q̄ in istis: homo est amandus: homo est cognoscendus: homo est diligendus. subiecta non solum ampliantur pro illo quod est. vel erit: sed ad quinq̄ differentias temporum. nec est hoc contra presentem regulam: quia verba ⁊ participia que significant actum anime interiorem cognoscitiuum habent specialem naturam ⁊ virtutem ampliandi ad quinq̄ differentias temporuz. vt dicetur inferius in vna regula speciali.

¶ Sexta regula. Terminus captus respectu huius verbi potest siue precedat siue sequatur: ampliat ad suponendum pro illo qd̄ est vel potest esse. vt homo potest esse animal. Iste terminus homo ampliatur ratione huius verbi potest pro illo quod est vel potest esse. ¶ Sequitur corrollarie q̄ hoc verbum potest capitur dupliciter. vno modo proprie pro illo quod ē vel quod in futuro potest esse: ⁊ sic ampliat terminum ad duas differentias temporum. scz ad est ⁊ potest esse. Secundo capitur communiter. ⁊ sic habet ampliare ad quattuor differentias temporum scz ē fuit erit ⁊ pōt esse.

¶ Septima regula. Terminus supponens positus respectu illorum modorum: possibile: impossibile: contingens: necessariū: inquantum faciunt propositiones modales de sensu diuiso: ampliant terminum precedentem pro illo qd̄ est vel potest esse: vt sedente possibile est ambulare. sedentē ampliatur pro illo qd̄ est vel potest esse. Sequitur corrollarie q̄ modi facientes ꝓpositionem modalem habent eandez vim ampliādi cum isto verbo potest.

¶ Octaua regula. Terminus positus a parte subiecti respectu nominis verbalis in bilis vel in bile terminato: qd̄ est predicatum principale vel principalior pars predicati: ampliatur pro illo qd̄ est vel fuit vel erit vel potest esse. vt homo est amabilis. hō est amatiuus. ¶ Nona regula. Hec dictio prior ampliat terminum precedentem pro illo qd̄ ē vel fuit: sed terminum sequentem pro eo qd̄ ē vel erit: vt homo ē prior asino. homo ē terminus prior. quia homo est terminus ꝑcans rem excedentem in prioritate ⁊ asino ē terminus posterior: quia significat rem excessam in prioritate.

¶ Decima regula. Hec dictio posterior ampliat terminum precedentez pro illo qd̄ est vel fuit: sed terminum sequentē pro eo qd̄ ē vel erit. vt homo est posterior asino. hō ampliatur pro eo qd̄ ē vel erit. sed asino pro eo qd̄ ē vel fuit. Sequitur corrollarie q̄ in istis regulis terminus non dicitur prior ⁊ posterior ratione situs ⁊ loci in ꝓpositiōe sed ratione excessus ⁊ significati. vt patet in ista. homo ē posterior asino. homo non ē prior terminus: sed asino. ista enim significat q̄ asinus ē prior. ⁊ homo est posterior.

¶ Undecima regula. Verba que significant actū anime interiorem cognoscitiuum vel appetitiuuz. vel etiam presupponentem cognitionem: terminum communem rectum ab eis a parte posterior tunc ampliant eum pro eo qd̄ ē. fuit. erit. vel potest esse. vel potest imaginari esse. vt ego cognosco venientem. iste accusatiuus venientez ampliatur ad quinq̄ differentias temporum. Sic etiam in ista. socrates apparet asinus. iste terminus asinus ampliatur ad quinq̄ differentias temporum.

¶ Duodecima regula. Verba significantia actum anime exteriorem ampliant terminos sequentes pro eo qd̄ est vel immediate ante hoc fuit: vt audio sonum. sonuz ampliatur pro illo qd̄ ē vel immediate ante hoc fuit. Sed in voce passiua ampliant terminum reddentem suppositum verbo passiuo. vt sonus auditur. Sequitur corrollarie q̄ termini communes positi in propositionibus in quibus copula ē precise presentis temporis: tales non ampliantur. vt homo ē animal. nec subiectum homo nec pre-

dicatur animal ampliant. sed supponunt precise ad tempus presens: sicut copula exigit et requirit.

## Circa tractatum appellationum Queritur vtrum diffinitio appellationis et eius differentia a suppositione et significatione a petro hispano sit bene assignata.

Pro intellectione questionis mote Sciendum est q iste ē tractatus quartus partialis septimi tractatus pe. his. in quo pe. his. determinat de appelationibus terminorum. Ratio autem ordinis quare pe. his. prius determinat de suppositione et ampliatione terminorum q̄z appellatione. quia communiora debent esse priora. vt ostenditur primo phisicorum et tertio. modo suppositio et ampliatio sunt p̄rietates et passiones terminorum communiores q̄z appellatio. Suppositio enim et ampliatio scōm pe. his. conueniunt tm̄ terminis significantibus res existentes q̄z non existentes. vt dictum est ante. Sed appellatio ē p̄prietas termini solum conueniens termino pro re existente. vt patebit in diffinitione appellationis. Ratio autem istius q̄nare prius determinat de appellatione q̄z de restrictione quia appellatio plus intrinsece sequitur terminum q̄z restrictio. Appellatio enim sequitur terminum ratione significationis siue pro re quam significat. significatio que est forma termini intrinseca quia sequitur rem forma enim vt dicit scōo phisicorum est principium rei intrinsecum. Restrictio autem sequitur terminum extrinsece. quia ratione termini restringentis sibi additi. vt dicendo albus currit. Pro intellectione ita q̄z pe. his. intelligenda.

## Notandum primo q̄ subiectum attributionis in scientia appellationum est terminus appellans vel appellatiuus. p̄prium autem passio est appellatio: terminus autem dicitur appellans ideo q appellat rem quam facit. vnde dicitur appellatiuum: quasi ad plura pulsiuum. diffinit autem pe. his. appellationem in textu dicens. appellatio est acceptio termini pro re existente. cuius diffinitionis diffinitum est appellatio. non quocumq̄ modo sumpta: sed logicaliter pro nominatione rei existentis. Vnde appellatio capitur quattuor modis. Primo. vt est a minore iudice ad maiorem prouocatio: et sic accipiunt iuriste appellationes: vnde et dicunt q̄ appellare et mendicare nulli est inhibitum. Secundo accipitur appellatio grammaticaliter: et sic est significatio vnius nominis plurium rerum. vt homo dicitur nomen appellatiuum: quasi ad plura pulsiuum: quia significat plures res. Tertio capitur appellatio pro accidentali et extrinseca denominatione. Et sic capit in antepredicamētis in diffinitione denominatiuorum: in qua dicitur: q̄ concretum habet appellationem id est accidentalem denominationem a suo abstracto. vt albus ab albedine. Quarto capitur appellatio vt est nominatio rei existētis. et sic capitur hic in proposito. ¶ Sequitur corollarie q̄ diuersi artifices possunt considerare idem obiectum materiale: sed non formale et diuerso modo: qualiter contingit de appellatione in proposito. pro genere autem in diffinitione ponitur acceptio. quia acceptio est communior q̄z appellatio. modo de ratione generis est q̄ genus debet esse communius q̄z suum diffinitum. Dicitur vlterius in diffinitione termini. et per hoc excluduntur orationes et sincathegoremata que non appellant. ex quo non sunt termini. terminus em̄ est pars materialis p̄pōis cathegorice. sincathegoremata aūt nō sē partes materialis p̄pōis. sic et orōnes nō sūt partes p̄pōis cathegorice. vt ostendit primo perier. Dicit vltimo p̄ re exīte et p hoc excludunt termini ficti vt chymera tragelaph⁹: q̄ non appellant. q̄ non sunt res exītes. ¶ Sequit corollarie q̄ non oportuit addere ad diffinitionez appellationis termini substantiui. quia hoc sufficienter explicatur cum dicitur. pro re existente. res enim exīs fcatur substantiue quemadmodum accīs in concreto adiacenter.

Notandum secundo ꝙ petrus hispanus postq̄ diffinit appellationē: ꝯsequenter ostendit quomodo appellatio differt a significatione et suppositione. et dicit ꝙ appellatio est tantum respectu rei existētis. et ergo termini significantes res fictas: vt chymera: vacuū non appellant: sed suppositio ⁊ ꝑcatio sunt tā rerū existentium q̄ non existentium. Juxta enim cōmunem sententiam logicorum. impossibile est significabile. modo impossibile est non ens Sic etiam termini ficti ꝑm petrum hispanū supponunt non pro rebus que sunt: sed pro rebus que imaginātur esse. Postea Petrus hispanus diuidit appellationē. et dicit ꝙ appellatio est duplex: Quedam enim est appellatio termini cōmunis pro re in cōmuni: vt quando terminus cōmunis supponit simpliciter: vt patet in ista ꝓpositione. homo est species. animal est genus. in quibus subiecta supponunt simpliciter pro natura cōmuni. nullus enim particularis homo est species: vt dictum est in tractatu suppositionū: sed natura humana in cōmuni sumpta est specifica: ⁊ tunc termin⁹ qui sic appellat hoc qd̄ ꝑcat hoc appellat: et ꝑ illo etiam supponit. Alia autem est appellatio termini cōmunis pro suis inferioribus. vt quādo terminus communis habet personalē suppositionez. vt homo currit: in qua iste terminus homo appellat solū particulares homines existentes. et tunc terminus non supponit et appellat pro illo quod significat. quia iste terminus cōmunis homo ꝑcat hominē in cōmuni. et supponit pro particularibus: similiter appellat ꝑ particularibus.

Notandum tercio pro intelligentia appellationum terminoꝝ quas alij logici ponunt. Notandū ꝙ termini sunt duplices. quidā sunt termini cathegorematici: et quidā sincathegorematici. Termini cathegorematici sunt qui per se aliquā rem significant: vt homo animal asinus. Sed termini sincathegorematici sunt qui per se nullam rē significant. vt. omnis: null⁹. Dicitur enim primo periermeniarū. Omnis non est vniuersale: sed vniuersaliter ꝯsignificat. Termini aūt cathegorematici sunt duplices. quidā absoluti. scz qui ꝑcant res de predicamento substantie. vt homo. animal. Alij vero cōnotatiui. scz qui significāt res de predicamēto accidentis. vt alb⁹ niger. magnus paruus. Et terminus cōnotatiuus habet duplex significatū. quoddā materiale ⁊ quoddā formale. Materiale est quod ꝑcat minus principalit̄ et ex consequēti. Formale autē est qd̄ ꝑcat principaliter. vt albus est terminus cōnotatiuus: et ꝑcatione materiali ꝑcat substantiā: formali autem ꝑcat qualitatē inexistentem illi substātie. Unde dicitur cōnotatiu⁹ quasi cū alio significato vt materiali ꝑcatū formale ꝑcatiuus. Unde ⁊ dicit̄ in predicamētis ꝙ albus solā qualitatē significat. Termini itaq̄ cōnotatiui accidētales principaliter ꝑcant accidens. ex ꝯsequenti aūt ꝑcant substantiā ⁊ subiectū in quo est tale accidens. Duplex aūt cōmuniter assignat̄ appellatio. quedā est appellatio forme. ⁊ quedā rōnis. Appellatio forme est acceptio termini ꝑ significato suo formali per modū adiacētis vel nō adiacentis pro aliquā differētia tēporis. vt homo est albus. hoc adiectiuū albus appellat suum formale scz albedinem adiacere homini. omnis em̄ forma accidētalis denomīat rem accidētaliter cui⁹ est forma. Quādoq̄ autē fit appellatio forme positiue. vt iohānes est diues. hoc adiectiuū diues significat iohanni adiacere diuitias positiue: Sed cū dico. Johānes est pauper. hoc adiectiuum pauper significat diuitias adiacere iohanni priuatiue. id est non inesse ei. Et appellatio forme est duplex. quedam est appellatio forme simplex. quando scz vnū accidens tantū significat̄ inesse alicui rei: vt homo est bonus. Johānes est faber. Alia est appellatio forme varia quādo scz plura accidētia denomināt vnam rem ⁊ significant̄ inesse vni rei. vt Johannes est alb⁹ monachus. Johanni significantur inesse duo accidentia. vnum albedinis quo ad habitum. secundum quo ad

professionem. Johannes enim dicitur monachus rone professionis: t albus monachus ratione habitus. licet ipse possit esse niger in corpore.

¶ Sequitur corollarie primo q non est inconueniens vni rei inesse plura accidetia etiã specifice distincta. patet hoc autoritate Aristotelis primo physicor dicentis. q infinita id est accidentia insunt vni subiecto. vt idem homo est musicus et albus.

¶ Sequitur corollarie secundo q vnũ accidens potest esse subiectum alteri⁹ in virtute substãtie t nõ vt subiectũ quod sed subiectũ quo. Ostẽdit enim Aristoteles in predicamẽtis q omnia accidẽtia insunt substãtie naturali mediãte superficie et quantitate. vnde et dixit. tantum album dices quanta est superficies albi.

Notãdum quarto et vltimo q alia est appellatio rationis. et est acceptio termini pro suo significato. vel fcatis fm illam determinatã rationem fm quã talis terminus fcat significatũ suum. vt est hoc verbũ cognosco: qõ terminũ cõmunem sequentem facit appellare suã in rationẽ t eam concipi fm rationem formalem suam. Cum enim dico cognosco venientẽ. iste actus venientẽ appellat suã ratione. et valet tantũ. ego habeo rationẽ t conceptũ venientis. ratio autẽ venientis est cõtinue accedere et appropinquare. Vnde ad veritatẽ istius cognosco venientem requiritur q habeã apud me conceptũ quare aliquis dicitur veniẽs. concept⁹ autem quare aliquis dicitur veniẽs quia cõtinue accedit et appropinquat. Est aũt regula generalis appellationis rõnis. Omnis terminus significans actũ anime interiorẽ cognoscitiuũ vel presupponentẽ cognitionẽ terminũ cõmunem sequentẽ in quem transit vel transire denotatur actus illius verbi: facit appellare suam rationẽ formalem. vt cognosco venientem. similiter hic: a me cognoscitur veniẽs. iste nominatiu⁹ veniens appellat suam rationem.

¶ Sequitur corollarie. primo. q ad veritatem istius cognosco venientẽ non requirit q cognoscerẽ illũ hominem qui venit quo ad eius personã vel substantiam: sed requiritur ad veritatẽ eius q habeã conceptũ venientis: vt dictũ est.

¶ Sequitur corollarie secũdo. q iste due non valẽt idem: venientem cognosco: et cognosco venientem. Ratio quia ad veritatẽ istius: venientem cognosco: sufficit q cognosco istũ hominẽ et personã eius qui venit. Sed ad veritatẽ istius cognosco veniẽtem requirit q habeã conceptũ de veniẽte: quare dicitur veniẽs. Dicitur autẽ aliquis veniens quia ꝓtinue accedit t appropinquat:

¶ Sequitur corollarie tercio q iste due natura intendit monstrũ: et natura monstrũ intendit: differunt penes appellationẽ. in prima enim est appellatio rõnis: et est falsa. valet enim tantũ q natura intendit monstrũ sub rone monstri: modo hoc est falsum. Ratio enim monstri est deffoꝛmitas annexa rei mõstruose: modo talem deffoꝛmitatẽ et defectũ natura nõ intendit. Dicitur em secũdo de generatione. Natura intendit id quod melius est. Secũda autem est vera. sez natura monstrũ intendit. quia in ea nõ est appellatio rationis. et valet tantũ. q natura intendit t pducit illam rem in qua est talis deffoꝛmitas. et hoc est verũ. quia nutrit eam: augmentat t conseruat

¶ Sequitur corollarie quarto q iste due non valent idem. Johannes percussit papam: et iohannes papam percussit. Ratio quia in prima est appellatio rationis. in secunda non. vnde prima valet tantũ: Johannes percussit papam tempore papatus sui t sub ratione papatus. Secunda autem valet tantũ iohãnes percussit illum qui nunc est papa: licet non tempore papatus.

¶ Sequitur corollarie quinto q iste due non valẽt idem. Aristoteles cognouit deum trinũ t vnum: et Aristoteles deum trinũ t vnum cognouit. Ratio quia prima est falsa: quia valet tantum. Aristoteles cognouit deum sub illa ratiõe qua trinus et vnus: quod est falsum. Aristoteles enim hoc non credidit q aliquid esset vnum in essentia

et trinum in personis. ipse enim est philosophatus humano modo. hoc autem est supra intellecum humanū: intelligere aliquid esse vnū in essentia ⁊ trinum in personis. Secunda autem est vera scz q̄ Aristoteles deum trinū ⁊ vnum cognouit. Ratio qa ipse cognouit ex effectibus et bono ordie rerum q̄ esset vnum ens primum a quo dependent celum et tota natura. et hoc ens primū est vnū in essentia et trinum in psonis

¶ Sequitur corollarie sexto q̄ iste due non valent idem. Monachus amat pecuniam. et pecuniā monachus diligit. Prima enim est falsa. quia valet tantum q̄ monachus diligit pecuniā sub ratione pecunie et proprietatis: quod est falsum. monachus enim non debet habere p̄rium. Sed hec est vera. monachus pecuniam diligit in q̄ntum pecunia est quoddā ens: et sic omnia entia quia a deo sunt mediate vl immediate diligimus.

¶ Sequitur corollarie septimo q̄ nō est idē dicere: omne nomē significat substantiaz ⁊ omne nomen substantiam significat. Ratio quia prima est falsa ratōe appellationis et secunda vera. Prima enim valet tantum quod omne nomē significat substantiam sub ratione substantie. modo hoc est falsum. quia ratio substantie est esse genus generalissimū ⁊ cōmunissimum predicatum in genere substantie. modo non omne nomen significat generalissimum ⁊ cōmunissimū predicatū in genere substantie: sed solū hoc nomen substātia. ⁊ sic iohannes petrus non significant substantiam. Secunda autez est vera. quia valet tantum q̄ omne nomen substantiā significat capiēdo substantiam communiter. licet non sub ratione substantie.

¶ Sequitur corollarie octauo. q̄ licet in omnibus exemplaribus adductis fit transpositio nominum: ⁊ nomina et verba transposita idem significant: tamen non sequitur q̄ omnes p̄positiones predicte essent equaliter vere. Ratio quia hoc dictū Aristotelis q̄ nomina et verba transposita idem significant: intelligitur: non variatis proprietatibus termino⁊. Si enim mutatur ampliatio: appellatio: restrictio: vāl transpositione nominum et verbo⁊: ipsa non significant idem. vt patet ex declaratione.

¶ Sequitur corollarie finaliter. non eodem modo notabile tertium et quartū loquūtur de appellatione quēadmodum Petrus hispanus nec eodem modo accipitur appellatio in notabili tercio et quarto sicut in textu Petri hispani vt patet ex dictis. quia enim appellatio termino⁊ expressa in notabili tercio et quarto maxime variat veritates ⁊ falsitates p̄positionū in omni arte et scientia: necessarium fuit adducere quomodo alij logici loquūntur de appellatiōe termino⁊: inter omnes proprietates terminorū appellatio in notabili tercio et quarto expressa est notabilior ⁊ pulcrior ⁊ ad veritates p̄positionū ⁊ falsitates plus necessaria. Istis notabilibus sic stantibus est.

## Conclusio responsalis. determinatio Petri hispani de

Appellatione et eius differentia a suppositione et significatione in textu est bene ⁊ sufficiēter assignata. Veritas huius cōclusionis patet ex notabili primo et secundo.

## Arguitur primo: logicus non habet determinare de

appellationib⁊. igitur. probatur antecedēs. Diuersi artifices habent cōsiderare diuersa obiecta. sed grāmaticus determinat de appellationib⁊. igitur non logicus. Maio⁊ est nota ex Aristotile primo posterio⁊. Minor quia grāmaticus determiāt de qualitate. modo quedā qualitas est appellatiua. Nomen enim illud dicitur esse appellatiuum quod pluribus est cōmune. vt homo animal.

¶ Dico verum argumentū concludit q̄ grāmaticus determinat de appellatiōe: hoc est de cōmuni significatione nominum: et etiā logicus determinat de appellatiōe: sed non eodem modo. vt dictū est in notabili secundo. primo

**Arguitur** Secundo. Diffinitio appellationis Petri hispani non valet. probatur. quia plures termini appellant qui non significant res existentes. probatur. nomina abstracta appellant: vt notum est: et tamen non significant res existentes. vt albedo est: albedo appellat et nō significat rem existentē. albedo enim significat accidens: modo accidēs non est per se existens. Accidens enim semp est in alio et cadit in aliud: vt dicit Porphirius:

Dico verū argumentū concludit q nomina abstracta accidentiū non significant res per se existētes fm rem: tamen sufficit q fm modum significandi. sunt enim talia nomina substātiua: modo nomen substantiuū significat per modum per se stātis: t nō alteri inherentis.

**Arguitur** tercio. Ex diffinitione appellationis sequitur falsum. ergo ipsa nō valet. probatur antecedēs quia sequeretur q termini supponētes simpliciter non appellarēt: pbatur. quia terminus q debet appellare debet accipi p re existēte. sed terminus acceptus simplicit nō accipitur p re existente. Maior patet. ex diffinitione appellatiōis. minor quia esse existētie et existere in rerū natura conuenit singularib. existere enim est actus. modo act' sunt suppositor et singularium modo vte non est singulare. vt pbatur primo posteriorū. vnde bene dixit Aristoteles in predicamentis. Non existētib' primis substantijs impossibile est aliquod aliorū remanere.

Dico verū argumentū concludit q licet vniuersale nō habet esse existētie et actuale existere fm se: tamen sufficit q hoc habeat ratione singularis in quo est: vel etiam possumus dicere q licet terminus supponens simpliciter non appellat esse et existere existentie: tamen appellat esse et existere essentie.

**Arguitur** quarto: Ex diffinitione appellationis sequitur falsum. igitur ipsa nō valet. probatur sequela. quia sequeretur q termini cōmunes non appellarēt quod falsum est. probatur. quia illud quod appellat fcat rem p se existentem. sed termini cōmunes non fcant rem per se existentē igitur. Maior patet ex diffinitione. Minor pbatur. quia illud quod fcat rem existentē fcat hoc aliqd. termini autem cōmunes nō fcant hoc aliquid: sed fcant quale quid. vt dicitur in predicamēto substantie circa tertiā proprietatē predicamēti: vbi dicitur q substātia prima significat hoc aliquid: sed substantia secunda significat quale quid.

Dico verum argumentum concludit q licet termini communes non fcant aliquid cui cōuenit per se existere in natura fcatiōe primaria: tamen secundaria: et hoc sufficit fcatione enim primaria termini cōmunes significant naturam cōmunem: licet fcatione secūdaria fcant et important singularia: que participant illā naturā cōmunem. vt dictū est sufficienter in suppositionibus.

**Arguitur** quinto. Appellatio non differt a suppositione et significatione igitur determinatio pe. his. nō valet. pbatur antecedens. quecūq' vni et eidē sunt eadē inter se sunt eadē: sed appellatio suppositio t significatio sunt eadem vni termino: igit inter se sunt eadē: t p ons nō distinguuntur. Maior est Aristotel. primo phicoz. Minor quia idem fcat appellat t supponit. vt in ista ppōne hō currit iste terminus hō fcat supponit et appellat. Dico vez argumentū concludit q suppō appellatio t fcatio sunt aliquando idē materialiter respectu vni' termini cui conuenūt: tamen nō sunt idē formaliter et ratione: quēadmodū etiā albū et musicū sunt idē materiali ter t subiectiue: vt dicitur primo phisicoz: tamē differūt formaliter.

**Arguitur** Sexto. Terminus communis supponens simpliciter non appellat igitur littera pe. his. falsa. pbatur añs. illud quod appellat fcat rem existentem: sed nullū vniuersale existit. igitur terminus cōmunis nō appellat. Maior est pe. hisi textu. Minor pz qz illud qd existit est singulare: quia oīne quod est ideo est quia vnū numero est. constat autez q vniuersale nō est singulare. vt dicitur primo po

sterioꝝ. vniuersale eniꝫ est vbiqꝫ ⁊ semper: singulare aũt est hic ⁊ nunc. ¶ Dico verũ argumentum concludit ꝙ omne qđ est in vltimo actu nature hoc est singulare: qđ scꝫ est generabile ⁊ corruptibile. hoc autẽ non conuenit vniuersali per se: quia vniuersale non est generabile per se nec corruptibile per se: sed est generabile ad generationem singularis: ⁊ corruptibile ad corruptionem singularis: ⁊ etiam licet vniuersale non existit quo ad esse existentie per se: tñ sufficit ꝙ existit ꝑm esse essentie ⁊ nature sue ꝓprie.

**Arguitur** septimo. Terminus singularis non ꝑcat. igitur terminus singularis non idem ꝑcat ⁊ appellat. probatur añs. significare est intellectuꝫ rei constituere. sed singulare non est intelligibile: ergo terminus singularis non ꝑcat: ⁊ ꝑ ꝯñs non appellat. Maior est aristo. primo periermenias. Minor quia sensus est singularium: ⁊ intellectus vniuersalium. modo vniuersale non est singulare ¶ Dico verum est ꝙ singulare non est intelligibile primo ⁊ directe: sed ex ꝯñti ei indirecte. quia intellectus intelligens vniuersale: ex ꝯñti intelligit omnia sua singularia.

**Arguitur** octauo. Ex diffinitione appellationis sequit̃ falsum. igitur ipa nor valet. ꝓbatur añs. quia sequeretur ꝙ nomina accidentiũ non appellarẽt qđ est fassum. per nomina enim accñtium fit aliquando appellatio forme simplicis aliquando appellatio forme, aliquando etiam fit appellatio rationis. vnde ⁊ aristo. scđo elencoꝝ ostendit ꝙ ista ꝯña non valet. cognosco coriscum: ⁊ coriscus est veniẽs ergo cognosco venientem. ⁊ istam ꝯñam cõcedit. coriscum cognosco: ⁊ coriscus ẽ veniens. ergo venientem cognosco: ⁊ non propter aliud nisi ꝓpter variationem appellationis. ꝓbatur sequela. quia terminus qui debet appellare debet ꝑcare rem existentẽ. vt dicit diffinitio Constat autem ꝙ nomina accidentiũ non ꝑcant res exñtes: sed inherentes vt accidens: modo accidens semper cadit ad aliud. vt dicit porphirius.

¶ Dico verum argumentum concludit ꝙ nomina adiectiua quãtum ad ꝑcationem suã formalem non appellant: sed quantum ad suam signnificationem materialem: in quantum scꝫ nominant materiam subiecto cõiunctam. Et sic possunt appellare. vnde ⁊ aliqui dicunt. ꝙ adiectiua masculini ⁊ feminini generis non appellant. quia talia capiuntur pure adiectiue: sed adiectiua in neutro genere capta ⁊ substãtiuata bene appellant. ⁊ ꝑm istum modum modificanda est diffinitio appellationis.

## Circa tractatuꝫ restrictionum Queritur primo Vtrũ diffinitio restrictionis ⁊ eius due diuisiones cuꝫ primis tribus regulis a petro hispano sint sufficienter assignate.

Iste est tractatus quintus partialis septimi tractatus Pe. his. in quo pe. hispa. determinat de restrictiõe terminoꝝ. Questio itaqꝫ mota tria querit. Primo querit. vtrũ diffinitio restrictionis quam ponit pe. his: in textu sit sufficienter assignata. Secundo querit. vtrum due diuisiones restrictionis sint bene posite. Tertio querit. vtruꝫ ꝑme tres regl̃e restrictionũ in textu sint sufficiẽt̃ assignate. Pro intellectiõe partꝫ ꝑme

**Notandũ est primo. Petrus his. ita diffinit restrictionẽ**

Restrictio est coartatio termini cõmunis a maiori suppositione ad minorẽ. Pro cuiꝰ diffinitiõis intelligẽtia notandũ ꝙ diffinitũ ꝑsentis diffinitiõis est restrictio logicalis: Dicit̃ aũt restrictio quasi stricta suppõ: terminꝰ em̃ qui restringit̃ trahit̃ ꝑ dictionem restringentem a suppositione maiori ad minorem. merito itaqꝫ interpretatur restrictio quasi restricta suppositio. vt cum dico homo currit: homo accipitur indifferenter pro masculis ⁊ etiam femellis: sed etiam cum dico albus homo currit: iste terminus homo restringitur per hoc adiectiuum, ad standum solum pro masculis ⁊ non femellis. similiter cum dico homo currit: homo accipit̃ indifferenter ꝓ albis ⁊ nigris

hominibus: sed cum dico albus homo currit: solū accipitur ꝑ albis: ꝓpter hoc adiectiuum albus quod additū huic termino cōmuni homo: restringit ipsum ꝑ albis tantū.

¶ Sequitur corollarie quod terminus vbicunq; ponitur eque multa ſcat significatione essentiali ⁊ primaria: licet non pro eque multis supponit. Restrictio ergo nō fit pro ſcatione primaria ⁊ essentiali terminoꝝ: sed solū ꝑ ſcatione accidentali: que est suppositio termini. In ista ergo ꝓpositiōe albus hōmo currit: iste terminꝰ hō ſcat omnes homines tam albos q̄ nigros ſcatione primaria et essentiali: tñ accidētaliter accipitur solū ꝑ albis ꝑ quibus supponit. Sic ⁊ in ista ꝓpositione. iste homo currit: iste terminus hō ſcatione essentiali et primaria ſcat omnes homines: tamen significatiōe accidētali ratione restrictionis solū accipitur ꝑ vno ⁊ ꝑ vno supponit. Pro genere autem in diffinitiōe ponitur coartatio. Coartatio est cōmunius quoddam q̄ restrictio. omnis enim restrictio est coartatio: sed non econtra. Cum dico mortuus homo: silr imaginabilis homo: est quedā coartatio terminoꝝ: tamē ꝓprie non est restrictio. Cū enim dico mortuus homo: non est suppositio. sed restrictio est quedā suppositio. Dicitur in diffinitione vlterius termini cōmunis: ad denotandū q̄ terminus singlaris proprie nō restringitur vnde cū dico albus iohannes. niger iohānes: non est ꝓprie restrictio. Ratio quia restrictio fit ꝑ suppositis pro quibus terminꝰ supponit: modo iste terminus iohānes non habet sub se supposita. quia terminꝰ singularis non habet inferiꝰ se. Sed cum dico albus iohānes: niger iohānes: est quedā determinatio accidentalis huius quod est iohānes nō quidem pro suppositis sed ꝑ modo determinatiōe accidētali. Vltimo cum dicitur: a suppositione maiori ad minorē: tangitur dr̄ntia inter ampliationem ⁊ restrictionē. in ampliatione enim est lata et ampla suppositio. ī restrictione vero restricta et diminuta. Sequit̄ corollarie q̄ subiectū scientie huiꝰ tractatuli est terminus restringibilis. patet quia est communissimum in scientia huius tractatuli consideratū primo notū. modo hoc requiritur ad subiectū scientie. vt ostendit̄ primo posterioꝝ. Eius autē ꝓpria passio est posse restringi vel restrictio: que ostenditur ei inesse ꝑ diffinitionē subiecti: ipsam ponendo ꝑ medio: et propriā passionē ꝑ maiori extremitate: et ipsum subiectum ꝑ minori. sic arguēdo. omne quod coartatur a maiori suppositione ad minorē hoc restringitur: sed terminus restringibilis coartat̄ a maiori suppositione ad minorē: ergo terminus restringibilis restringitur vel pōt restringi.

Notandum secundo. q̄ postquā Petrus hispanus po fuit dīonē restrictionis ponit duas diuisiones restrictionis. Prima q̄ quedā restrictio fit per nomen: et maxime ꝑ nomen adiectiuū: vt albus homo: iste terminus cōmunis homo restringitur solū pro hominibus coloratis albo colore ⁊ non nigro nec medio. ratio autem istius quare nomen adiectiuū restringit substantiuū: qꝛ nomen adiectiuū ſcat formā: substantiuū vero materiā. forma autem ponit rem in specie ⁊ esse. vt dicit̄ primo phisicoꝝ. Alia fit ꝑ verbū. vt homo currit: iste terminus homo restringit̄ solū ad presentes. Alia fit per participiū. vt homo currens disputat: iste terminꝰ homo restringitur solū pro p̄ntibus. Alia fit per implicationē: vt homo qui est albus currit: iste terminus homo restringitur per hoc cōplexum qui est albus: ad standū solum pro albo homine. vnde Implicatio est complexum ex relatiuo qui que vel quod restrictiue capto: et adiectiuo ei addito: qui enim vel que vel quod restrictiue captū restrigit terminū qui ponitur a parte subiecti ad standū ꝑ his vel pro illo ſm q̄ determinatio accidentalis addita ibidem requirit vt hic homo qui est albus currit. hoc relatiuum qui restrictiue captum cum isto addito est albus dicitur implicatio: et restringit illum terminum homo ad stādum pro illo pro quo hoc adiectiū albus exigit: vnde hoc totum homo qui est albus supponit pro homine albo. Eadem restrictio vel similis potest fieri a parte predicati. vt homo currit qui est albus. vnde ⁊ in textu dicitur q̄ hoc totum

qui est albus dicitur implicatio. Restringit autem implicatio ſm vim et naturam adiectiui quod in tali implicatione includitur. Postea Petr⁹ hispa. ponit secundam diuisionem restrictionis. et est. Restrictio facta per nomē: quedam fit per inferius: cū scz inferius additū superiori restringit superius. vt anial homo currit: animal per se positum accipitur p̄o quolibet animali. sed cum dicitur. animal homo. accipitur solū p̄o animali quod est homo. Alia est restrictio que fit p differentiā specificā ⁊ essentialem additā suo generi. et tunc differentia addita generi. vt dicit Porphirius. cōstituit speciem. vt dicēdo. animal rationale. differētia enim adueniens generi constituit speciez. Alia restrictio fit per adiectiua accidentiū. vt dicendo. albus homo currit. hoc adiectiuū albus restringit hoc substantiuū homo solū ad supponendū p albis hominib⁹.

¶ Sequitur corollarie primo q̄ aduerbia ꝓprie non restringūt dicendo: valde bene: vel currit velociter. Ratio quia dictio restringens restringit terminū cui addit ad suppositionē: sed verba quibus adduntur aduerbia nō supponūt. dictū enim est ante in li p̄o suppositionū q̄ verba copulant ⁊ adiectiua: sed non supponunt.

¶ Sequitur corollarie q̄ pnomina licet adduntur terminis cōmunib⁹ vt dicēdo iste homo currit: tamen pnomen solum restringit terminū cui additur secundū rem: ex q̄ pronomina quodāmodo sunt adiectiua. modo adiectiuo ꝓ est restringere: nō tamē pnomina restringunt secundū rem et modū simul. quia tale restringēs debet esse verū adiectiuū: ⁊ debet poni illi q̄ restringitur. vt homo albus. modo pnomina p̄ponuntur suis determinabilib⁹. vt iste homo currit. Etiā pnomia ideo non restringunt: quia restrictio fit in vna specie suppositiōis tantū. scz in personali. modo cū dicitur iste homo est suppositio discreta et personalis. ſm petrū hispanū. vt dictum est in scientia suppositionum.

## Notandum est tercio q̄ pe. hiſ. cum diuiſione restrictionis ponit plures regulas.

Et primo ponit regulā de restrictiōe que fit p nomen. ⁊ est. Omne nomen non diminuēs nec habens vim ampliandi additū cū termino magis cōmuni ex eadē parte restringit talē terminum cōmunem ad supponendū p̄o his ad que exigit sua ſcatio. vt animal homo. iste terminus homo additus huic termino anial restringit ipsum ad ſcata sua. cū enim dicitur anial homo. iste termin⁹ aial nō accipitur p quolibet animali indifferēter: sed solū p animali quod est hō. Sic similiter hic homo albus. iste termin⁹ homo restringit ⁊ accipitur tm̄ p hoib⁹ albis ratiōe huius adiecti. scz alb⁹. Dico notanter primo in regla. omne nomē non diminuēs ꝓpter noia vel participia que sunt determinatiōes diminuētes. vt mortuus: corruptus. que ꝓprie non restringūt illud cui adduntur: sed potius eius rationē formalē minuūt. Cum em̄ dicitur homo mortuus: hoc participiū mortuus: q̄ ſm logicū est nomē cōmuniter capiendo nomen. vt cōprehendat sub se participiū minuit rationē ⁊ verā essentiā hois. homo enim mortu⁹ nō est homo: sed est cadauer hominis. Dico notāter in regla secundo non ampliās. q: nomē ampliatiuū additū termino: nō restringit ipsum a maiori suppōe ad minorē: sed potius ampliat et auget eius suppositionē: vt est hoc participium potens. sil'r hoc verbū potest. Cum em̄ dicitur homo: per se stat p homine viuo qui actu est in mūdo: sed cū dicitur. homo potēs esse: homo accipitur p homine q̄ potest adhuc generari: licet non est in mundo.

¶ Sequitur corollarie q̄ dicēdo homo albus. albus vno respectu est plus cōmune q̄ homo. patet quia albus vel eius formale albedo reperitur in pluribus q̄ homo vel natura humana. albedo enim reperitur in pluribus rebus q̄ natura humana. imo albedo non reperitur in homie quo ad totam speciē. plures enim sunt nigri q̄ albi in mundo. vt patet ex descriptione Ptolomei in cosmographia sua. Alio vero respectu est minus cōmune q̄ homo: vt si albus refertur ad omnes homines quia non omnes

hoīes sunt albi: sed multi sunt nigri:et medio coloze colozati.¶ Sequit corollarie q̄ in ista hō alb̄ currit:alb̄ pōt restrīgere hoīez et hō;pōt restringere hoīez h̄ ;q̄d ē alb̄: secundū diuersum respectū significatiōis cōmuniozis vel minus cōmunis.z ergo dicit Petrus hispanus in textu:q̄ in ista.homo albus:vtrunq; cōcedat alterū secundū diuersa.id est secundū diuersos respectus.vt dictum est. Dico notanter in regula positus a parte eadem vel eiusdem extremi.quia si nomen diminuēs poneretur a parte alterius extremi:vt a parte predicati:tunc non restringeret terminū positum a parte subiecti.vt patet in ista homo est alb̄.vt statim probabitur inferius.si ēm in ista homo est albus:p̄dicatum restringeretur z subiectum:tunc ista esset necessaria:homo est albus.valeret ēm tantū q̄ homo alb̄ est alb̄ homo:qō est necessariū:z tamē ista est cōtingens et in materia contingenti.homo est albus.

## Notandum quarto et vltimo q̄ petrus hispanus in te

xtu ponit secundam regulā:et datur de termino restricto.et est.Signū vniuersale siue affirmatiuū siue negatiuum additū termino restricto non distribuit ipsum nisi p̄ his rebus et suppositis ad que suppositā restringitur per terminū restringentem ei additum.vt patet in ista:omnis homo albus currit.iste terminus homo restringitur p̄ hoc additiuū albus solum.p̄ albis hominibus z etiam distribuitur p̄ hoc sincathegozema omnis solum p̄z albis. Ratio quia omne quod recipitur ſm naturā recipientis recipitur vt dicit cōmentatoz tercio de anima.sed quia natura et virtus distributiua huiꝰ sincategozematis omnis recipitur in terminū qui restringitur:et stat solum p̄z albis et per consequens etiā distributio huius signi omnis:est solum p̄z albis.

¶ Tercia regula quam ponit Petrus hyspanus in textu est.Terminus restringens siue sit nomen siue verbū positus a parte predicati non restringit terminum positum a parte subiecti quo ad significationē principalem eius licet poterit eum restringere quo ad consignificationem.vt patet in ista homo est albus.hoc adiectiuū albus positum a parte predicati non restringit istum terminū homo positū a parte subiecti: quo ad significationē principalem:vt ad albos homines:sed solū quo ad consignificationem eius:vt p̄z masculis:et quo ad genus masculinum. Ratio autē istius quare adiectiuū positum a parte predicati non restringit terminum positum a parte subiecti p̄ significatione:vel quo ad significationem principalem.vt in ista.homo est albus.quia tunc in ista.omnis homo est albus.hoc sincathegozema omnis adueniens huic terʒmino homo distribuit solum ipsum p̄z albis hominibus:iuxta regulā secundam predictam.dicendo.omnis homo est albus.z valeret tantum.omnis homo albus est homo albus.z per ꝓsequens iste due equipollerēt.homo est albꝰ. et omnis homo est albus:ex quo subiectū in ambab̄ equaliter se haberet ad suppositionē et restrictionem. quod falsum est.quia ista conceditur.homo est albus. et ista negat̄. omnis homo est albus.et etiā ista esset necessaria.homo est albus:valeret enim tantū:q̄ homo alb̄ ē albus homo:modo ista est necessaria:quia idem predicat̄ de seipso: et omnis talis ē necessaria.Istus notabilib̄ sic stantibus est.

## Conclusio responsalis ista. Diffinitio restrictionis et

eius due diuisiones cum tribus regulis primis a Pe.hispa.in textu est sufficienter assignata.Veritas huius conclusionis patet ex notabilib̄ in corpoze questionis adductis et declaratis.

**Arguitur** primo. Restrictionis diffinitio non est bene posita. igit̄. ꝓbat̄. quia restrictio non solum conuenit termino cōmuni: sed etiam termino singulari. ꝓbatur in ista. socrates albus currit. in qua iste terminus singularis. socrates restringit̄. pro socrate albo ¶ Dico verum argumentuꝫ cōcludit ꝙ in ista. socrates albꝰ currit: iste terminus singularis socrates restringit̄ non quo ad supposita: quia nō habet inferius se: nec habꝫ supposita sub se: sed bene restringit̄. quo ad ꝑcationem: ⁊ ꝺ tali non datur diffinitio ista restrictionis: sed de prima.

**Arguitur** secundo. Terminus non potest restringi. igit̄ diffinitio restrictionis ꝑsupponit falsum. ꝓbat̄ añs. Accidentale non aufert essentiale: sed significatio est essentialis termino: ⁊ non potest abesse termino. ergo terminus non potest restringi. Maior est nota. quia accidens non est de intellectu essētiali rei. ymmo accñs potest adesse ⁊ abesse rei ꝑter rei corruptionem. vt dicit porphirius quia ꝑcatio ē forma termini. modo forma est pars essentialis rei. ꝙ autem ꝑcatio sit forma termini ꝓbat̄. quia forma est que separat ⁊ distinguit. vt dicit̄ septimo methaphce: modo termini distinguuntur per ꝑcationes eoꝝ formales. vnde est principiuꝫ in logica. terminus vbicūqꝫ ponitur eque multa ꝑcat. vt cum dico homo albꝰ homo ꝑcat omnes homines siue albos siue nigros: ⁊ per ꝯñs non restringitur ad albos. ¶ Dico veruꝫ argumentū concludit ꝙ terminus vbicūqꝫ ponitur eque multa ꝑcat significatione essētiali: sed non oportet ꝙ ꝑcatione accidentali. modo restrictio est ꝑcatio accidētalis termini: ⁊ etiam restrictio fit quo ad supposita pro quibus terminus cōmunis supponit ⁊ non quo ad ꝑcationem termini absolutam.

**Arguitur** tertio. Determinatio diminuens etiā habet restringere terminum cui addit̄. igitur regula ꝑma non valet. ꝓbatur añs. dicendo. homo est albus secundum dentes: vel ethiops est albꝰ secundū dentes. hic albus restringit hoc quod est dentem: valet enim tantuꝫ ꝙ ethiops. denominatur solum albus secundum dentes. ¶ Dico verum argumentū concludit ꝙ determinatio diminuens distrahēs vel priuans illa non restringit: vt pictum: similiter mortuum: ⁊ generaliter: omnis determinatio diminuens que facit oppositum in adiecto: ⁊ de tali intelligit̄ regula. sꝫ determinatio diminuens rationem illius cui additur secundū denominationem. vt patꝫ in exemplo adducto: vbi albꝰ additum huic qꝺ est dentem: solum denominat albedinem inesse dentibꝰ.

**Arguitur** quarto. In ista oratione albus homo currit. non est mutua restrictio sic ꝙ adiectiuum restringeret substantiuū: ⁊ econuerso substantiuū restringeret adiectiuū. vt dicit pe. his. in notabili post primam regulam. ꝓbatur sic quia substantiuum non potest restringere adiectiuum. ꝓbatur. quia omne restringens est determinans: sed omne determinans ꝑcat per modum adiacētis. modo substantiuū ꝑcat per modum substantis. igit̄ substantiuū non restringit adiectiuū. Maior est nota. quia omne restringens determinat illud qꝺ restringit. Minor. quia accūs determinat substantiam ⁊ ꝑdicata accidentalia denominant suā substantiam ⁊ determinabilia per modum adiacentis ¶ Dico verum argumentū concludit ꝙ ꝓprie loquendo substantiuū non determinat adiectiuū sed econtra adiectiuum determinat ⁊ restringit suū substantiuuꝫ. Adiectiuū enim non supponit: sed tm̄ copulat: ideo non potest restringi ad suppositionē Pe. aūt his. dicens in textu. ꝙ substantiuū restringit adiectiuū loquitur de restrictione cōmuniter dicta ⁊ impropria.

**Arguitur** quinto. Adiectiuū non restringit substantiuum. ꝓbat̄ sic. omnis restrictio fit respectu suppōis: sꝫ adiectiuū nō supponit. ꝯ adiectiuo nō cōuenit restrictio. maior patet ex diffinitione restrictionis. ⁊ etiā dicitur restrictio. quasi restricta suppositio. Minor est nota ex his que dicta sunt circa diffinitionem suppositionis ⁊ copulationis. vbi dictū est ꝙ adiectiua non supponunt sed copulant tantum

¶Dico verum argumentū concludit q restrictio passiua ꝓsupponit suppositionē: et illud qō restringit passiue hoc supponit:sed non est hoc verū de restrictione actus; modo adiectiuus conuenit restricto actiua ꝓprie:ꝛ non passiua nisi impꝛprie.

**Arguitur** sexto. In ista ꝓpone.omnis homo albꝰ currit.iste terminus homo distribuit ꝓ omnibꝰ hominibꝰ.ergo non soluꝫ pro albis:vt dicit regula secōa.pbatur sic.Qui dicit omnis nihil excludit.sed in hac ꝓpone.omnis hō albꝰ currit.hoc signuꝫ omnis ponit.igit iste terminus homo distribuit absolute ꝓ omnibꝰ hominibꝰ albis ꝛ nigris simul:ꝛ non solum pro albis.vt dicit regula.Maiꝰ est aristo. ꝓmo celi.minoꝛ patꝫ.qꝛ hoc sincathegozema.omnis habꝫ ꝓpriā naturā:qꝛ distribuit terminum sequentē cōmunē pro omnibꝰ suis suppositis:vt dicit pe.his.in tractatu distributionum circa determinationē huius signi omnis. ¶Dico verū argumentū concludit q hoc signuꝫ vle omnis distribuit terminuꝫ cōmunem cui additur pro omnibꝰ suis suppositis:si talis terminus accipit absolute ꝛ fm se ꝛ libere.sed quādo terminꝰ cōmunis restringit per aliq̄ additionē vel restrictionez additā:nō oporꝛet q signum vle omnis distribuat pro omnibꝰ suppositis absolute.qualiter est in ꝓposito.

**Arguitur** septimo. Nullus adiectiuū potest poni a parte predicati.igit. pbatur añs.nullū adiectiuū est p̄dicatū.igit.pbat.de predicato debet fieri sb iectū in conuersione.sꝫ adiectiuū nunq̄ est subiectū.igit adiectiuū nūq̄ potest esse p̄ dicatum:nec poni a parte p̄dicati.maiꝰ patꝫ.ex diffinitione conuersiōis.minoꝛ pbat quia illud qō est subiectū debꝫ substare ꝛ reddere suppositum verbo.mō adiectiuuꝫ non potest reddere suppositum:Suppositū em̄ fcat subsistenter. adiectiuū autē fcat adiacenter:ꝛ per cōsequēs adiectiuum non pōt esse predicatum nec poni a parte p̄ dicati ¶Dico vez argumentuꝫ concludit q adiectiuum non potest esse predicatum nec poni a parte p̄dicati.verum est.solo ꝛ per se:tamen adiectiuū repetitum cum substantiuo suo pōt esse predicatum:ꝛ sic predicatuꝫ in ista.homo est albꝰ.est hoc totum albꝰ homo.ꝛ valet tantū.homo est albꝰ homo.

**Arguitur** octauo. Terminus a parte p̄dicati habet restringere terminū positū a parte subiecti.igit.regula tertia est falsa.pbatur añs.forma restringit ꝛ limitat materiā dando ei esse:sꝫ predicatum habet rationē forme.ꝛ subiectū rationē materie: ꝛ per cōsequēs p̄dicatū restringit subiectū.Maiꝰ ē aristo.ꝓmo phisicoꝝ.forma enim limitat materiā ad genus ꝛ spēm forma em̄ dat esse rei. Minoꝛ patet auctoritate Boetij secūdo topicoꝝ.cum dicit.Talia sunt subiecta qualia permittūtur ab eoꝝ predicatis:ꝛ per ꝓns predicatuꝫ restringit subiectum ¶Dico verū argumentum concludit q predicatū cōparatū ad subiectū absolute potest habere rationē forme.sed predicatum cōsideratum inquantum cum subiecto est pars ꝓpōis cathegozice:tunc non habet rationez forme sed potius materie.Materia enim est ex quo aliquid fit.mō ꝓpō cathegozica fit ex subiecto ꝛ predicato sicut ex materia igit ꝛc.

## Utrum quinq̄ regule de restrictione sequentes a petro Hispano sint sufficienter assignate.

Pro intellectione questionis mote.Sciendum postq̄ pe:his.posuit regulas tres de restrictionibus.iam consequenter subinfert alias quatuoꝛ regulas.pro quarum intellectione.

**Notandū primo.q Petrus his.duas ostēdit regulas** de implicatione quantum ad modum restringendi terminos.Quarū prima est ista. omnis implicatio immediate adiuncta termino communi restringit ipsum sicut suum adiectiuum qō ei adderet ipsum restringeret.vt dicendo.homo qui est albus currit.

hec implicatio qui est albꝰ restringit terminuꝫ communē homo ad standum pro hominibꝰ tantū albis. quid sit implicatio: ⁊ quare sic dicat̄: dictuꝫ est ante. ¶ Pro intellectu istius regule sciendum ꝙ implicatio in ꝓpōne aliqua pōt se dupl'r habere. Primo quando immediate adiungit̄ termino communi. vt homo qui est albꝰ currit. ⁊ tūc implicatio habet se in ratione adiectiui ⁊ restringit: sicut adiectiuum additu ꝫ suo substātiuo quo ad principale ſcatuꝫ ⁊ significationē. vnde ista. homo qui ē albus currit. valet tātū homo albꝰ currit: ⁊ restringit̄ hō solum pro albis hominibꝰ Secundo implicatio pōt poni in ꝓpōne post copulam ⁊ post principale verbum tunc terminum cui additur restringit solum pro cōsignificatione: vt in ista. homo currit qui ē albꝰ: in qua iste terminus communis homo accipit̄ solum pro masculis: ⁊ valet tantuꝫ. homo currit ⁊ ille ē albus. quia vt dicit Hugo. hoc relatiuum qui positu ꝫ inter duo verba ⁊ referens totale subiectum resoluitur in et: ⁊ in ille ¶ Sequitur corrollarie ꝙ quādo implicatio immediate addit̄ termino cōmuni facit ꝓpositionē cathegoricā: ⁊ non resoluitur in qui ⁊ in ille. vt hic. homo qui est albus currit. sed quando implicatio ponit̄ post copulam ⁊ verbum principale: tunc facit yppoteticam: ⁊ relatiuum qui resoluitur in et ⁊ in ille. vt patꝫ in ista. homo currit qui est albus. Secūda regula quam ponit pe. his. de implicatione est ista quando signum vniuersale ⁊ implicatio ponunt̄ in aliqua oratione: tunc talis oratio est duplex: ⁊ pōt habere duplicem sensum. Primus quādo signum vniuersale distributiuuꝫ additur termino restringibili cui immediate additur implicatio. vt omnis homo qui est albꝰ currit. ⁊ tunc signum vniuersale solum distribuit terminuꝫ communē cui additur: solum pro his pro quibus restringitur: vnde qꝛ in ista ꝓpositione. omnis homo qui est albus currit. homo solum restringit̄ pro albis ergo etiam distribuitur pro albis tantum. Sensus secundus potest esse quādo signū distributiuuꝫ additur termino cōmuni cui non immediate additur implicatio sed mediate: vt omnis homo currit qui ē albꝰ: tunc terminus communis distribuit̄ pro omnibus suppositis ⁊ non recipit restrictionem nisi in connotato. vt in textu.

Notandū secundo. postea Pe. his. ponit alias tres regulas quaꝝ prima est ista. Terminus communis supponēs vel apponēs verbo presentis tēporis simpliciter sumpto: non habente vim ampliandi neqꝫ ex se neqꝫ ex alio restringit terminū cōmunez pro his que sunt sub forma termini suppositus: vt hō currit. homo est animal. Iste terminus homo supponit pro p̄sentibꝰ hominibus qui sunt sub humanitate: ⁊ qui actu participant humanitatem. similit̄ hic homo ē animal. hō supponit pro presentibꝰ hominibꝰ qui actu participant animalitatem. Dico notanter primo in regula. terminus cōmunis. quia terminūs singularis vel discretus neqꝫ potest restringi nec ampliari. vt dictum ē ante. ¶ Dico secundo in regula. Verbū presētis tēporis ꝓpt̄ excludere v̄ba p̄teriti vl̄ futuri tēporis: cū q̄bꝰ terminꝰ cōmunis habꝫ aliā suppōnez. vt hō currit. hō accipit̄ nō pro p̄sentibꝰ tm̄ sꝫ ꝓ p̄sentibus ⁊ preteritis sil̄. Similit̄ hic. hō currit. hō accipit̄ ꝓ p̄sentibꝰ ⁊ futuris. vt dictū ē circa ampliationes. Dico tertio notanter in regula simpl'r sumpto: qꝛ verba sumpta cum determinatione diminuēte addita termino: non faciunt eū suponere pro his que sūt sub forma ⁊ significatione termini. vt sunt iste determinatiōes: opinabile: inopinabile. fantasiabile: ymaginabile. cuꝫ em̄ dico. hō ē ymaginabilis: hō non ſcat illud qđ participat naturā humanā. sed ſcat hominē quē virtus ymaginatiua ymaginat̄: de qua dixit Aristo. tertio ph̄coꝝ ꝙ ymaginationi non ē credēdum. ¶ Dico notanter quarto in regula. terminꝰ communis sumptus cum verbo qđ non habet virtutem ampliādi: quia terminus cōmunis cum verbo qđ habet vim ampliandi talis terminus communis non accipit̄ pro illis que sūt directe ⁊ per se sub forma ⁊ significatione termini. vt homo pōt esse: in qua iste terminus homo accipitur non pro hominibꝰ existentibus proprie: sed po-

tius pro his qui possunt esse. ¶ Dico vltimo in regula. neq; termino habenti vim̄ ampliatiuā ex alio vel virtute alterius. quia terminus cōmunis addit⁹ dictioni que haberet vim ampliatitiuā aliunde: talis terminus cōmunis non supponeret pro se ⁊ directe pro his pro quibus ē sua significatio ⁊ forma. vt cum dico. homo est potens eē. hoc participium potens habet vim ampliandi ratione sui verbi pōt: non accipit̄ ergo in predicta ꝓpositione. iste terminus hō pro hominib⁹ ꝓprie existentibus: sed pro illis qui possunt esse ⁊ generari.

## Notandū tertio. Secunda regula quā ponit pe. his. de

restrictione facta per verbum. est ista. Terminus communis supponens vel apponens verbo preteriti temporis simpliciter sumpto non habenti viz ampliandi nec ex se nec ex alio: restringitur ad supponendum pro his que sunt vel fuerūt sub forma termini supponentis. vt homo fuit animal. iste terminus cōmunis homo supponit ⁊ accipitur ratione huius verbi fuit pro omnib⁹ his qui ~~fuerunt homines~~ predicatum aūt animal accipitur pro his que dicta sunt in regula prima. ¶ Tertia regula quam ponit pe. his. est ista Terminus communis siue supponens siue apponens verbo futuri temporis simpliciter sumpto non habenti vim ampliandi nec ex se nec ex alio: talis terminus cōmunis supponit ⁊ accipitur pro his que sūt vel erunt in futuro. vt homo erit animal. hoc subiectum homo accipitur pro hominib⁹ qui sunt vel qui erunt in futuro: ⁊ etiam predicatum animal. accipitur pro animalib⁹ que sunt vel erunt in futuro. inter predicatum enim ⁊ subiectum debet esse mutua proportio. Dicitur autem in istis regulis. terminus communis siue supponens siue apponens. vnde iste terminus dicitur supponens qui reddit suppositu; verbo ⁊ substat ipsi verbo. Sed iste terminus d̄r apponens qui postponitur verbo. vt hō ē animal. hō ē nominatiu⁹ supponens. animal aūt nominatiuus apponens. Que aūt sit differentia inter nominatiuuz supponentem ⁊ apponentem dicet̄ inferius in vno argumento:

## Notandū quarto ⁊ vltimo ꝙ pe. his. post regulas iam

dictas mouet vnuz sophisma. et ē. Omne animal fuit in archa noe. Qd̄ probat ⁊ improbat ꝓut ⁊ sophismata ꝓbari ⁊ improbari debent. Et primo ꝓbat ꝙ sophisma ꝓpositum sit veruz per inducentes. ⁊ arguit sic. Inducentes sophismatis sunt vere: igitur sophisma verum. tenet ꝯña: quia ab inducentib⁹ ad inductam est bona cōsequentia. vt probatur scd̄o prioꝝ. Est enim inductio. processus ab omnibus singularibus sufficienter enumeratis ad eius vniuersalē. Sed añs ꝓbatur sic. quia sequitur bene. homo fuit in archa noe. bos fuit in archa noe. leo fuit in archa noe. ⁊ sic de alijs. igit̄ omne animal fuit in archa noe. tenet ꝯña ab inducentib⁹ ad inductam. Añs patz autoritate scripture diuine: que ostendit ꝙ in diluuio noe animalia fuerant saluata in archa noe. Improbat aūt sophisma sic. Om̄e animal fuit in archa noe. sed cesar Iulius fuit animal. ergo cesar iulius fuit in archa noe. qd̄ falsum est. quia non vixit tempore noe tenet ꝯña in darij. ⁊ quia conclusio est falsa. ⁊ ergo altqua premissarum: et non minor. ergo maior: que ē sophisma ꝓpositū. ⁊ per ꝯñs ista est falsa. omne animal fuit in archa noe. Deinde pe. his. adducit solutionē communem logicorum quam cōmuniter logici assignant in verificatione huius sophismatis. ⁊ dicit ꝙ distributio est duplex. quedam est distributio pro singulis generꝝ. i. pro singulis indiuiduis contentis sub aliquo genere ⁊ etiam sub speciebus. que species sunt sub genere. ⁊ sic ista est falsa. om̄e animal fuit in archa noe. quia non omnia indiuidua specieꝝ animalis fuerāt in archa noe. quia aristo: non fuit: nec nos fuimus. Alia autem est distributio pro generibus singulorum. i. pro speciebus huius generis animal. ⁊ sic conceditur ista. om̄e aīal fuit in archa noe. qꝛ de qualibet spē aīalis fuerant animalia in archa noe que non poterant viuere in aqua. Hāc tamen distictionē ⁊ solutionē ꝓ veritate sophisma

gis petri hispani.non acceptat:et dicit q hoc sophisma absolute ē falsum. species eīm et vniuersale per se non fuerāt in archa noe.sed individua, vle enim in se non est in loco nec tempore.sed individua mensurant locō et tēpore. Et dicit q rō probans veritatem sophismatis peccat penes fallaciā pſequentis.quia non facit sufficiētem inductionem. Logici tamē alij cōcedunt cōmuniter sophisma hoc et maxime referēdo ad tempus diluuij.omne eīm animal quod in diluuio non est submersum et māsit tēpore diluuij:hoc fuit in archa noe.intelligēdo etiā de animalibus perfectis que non generantur ex putrefactiōe:et que vitā in aquis habere nō possunt.talia enim nō fuerant in archa noe. Vnde et cōmuniter logici dicūt q omne aial qō ante diluuiū non ē mortuū.nec post diluuiū genitū:fuit in archa noe.et hoc est verū. Istis itaq notabilibꝫ sic stantibus est.

## Conclusio responsalis Regule Petri hispani in tertu

posite a pe.his.t similiter determinatio huius sophismatis:omne aial fuit in archa noe.a petro hispano sunt sufficienter assignate. Veritas huius conclusionis patet ex notabilibus et declaratione regularum.

**Arguitur** primo. In ista ꝓpositione.homo est animal. iste terminus homo non stat t accipitur p his que sunt sub forma huius termini homo:vel significatiōe.igitur prima regula est falsa.probatur antecedens sub forma et significatiōe huius termini homo sunt omnes homies et pñtes et preteriti t futuri:sed in ista: homo est animal.iste terminus homo accipitur solū p pñtibus t non p preteritis t futurꝫ igitur in ista:homo est animal:iste terminus homo non accipitur p forma et significatione totali huius termini homo. Maior est nota.quia impositio termini ad ſcandū non est ad vnā differentiam temporis:sed generaliter ad omnē: vt determinat magister iohannes Osse in suis modis ſcandi. Minor patet:quia in ista ꝓpositione: homo est animal:extrema supponūt ſm exigentiā copule.modo copula est pſentis temporis Est enim regla cōmunis logice:q extrema ꝓpōnis verificant ſm exigentiam copule ¶ Dico verū argumentū concluderet si in ista ꝓpositione homo est aial:hoc verbum est esset pſentis temporis tantū:sed potius est dicendū q absolutum a tēpore: et nō importat certū tempus tantū:sed generaliter quodlibet tempus:quemadmodū t dicimus similiter de illa.tonitru est sonus factus in nubibus. Aristoteles eīm primo metheorꝫ concessit istam.tonitru est sonus factꝰ in nubibꝰ:et tamen si hoc verbū est esset solū pſentis temporis:ꝓpositio esset falsa.sic et de illa:homo est animal: in qua hoc verbū est importat generaliter quodlibet tēpus.t valet tantū quādocūq est homo: tunc est animal:et quandocunq fuit homo tunc fuit animal:t quādocūq homo erit tunc erit animal. Ista est solutio cōmunis quā logici dant ad argumentū ꝓpositum Vtrū autem sit bene posita ex omni parte:dicetur inferius in consequentijs.

¶ Sequitur cozollarie q verbū absolui a tempore non est verbū pmari tēpore omni modo/quia hoc est falsum.verbum eīm significat actū: et omnis actus mēsurat tēpore:vt ostenditur quarto phisicoꝝ.sed verbū absolui a tempore est ipsum verbum in ꝓpositione positū non designare vnum tempus actu aliter tantū:sed generaliter quodlibet sub indifferētia.vt patet in ista.tonitru est sonus factus in nubibus.

**Arguitur** secundo. In ista ꝓpositione homo est animal: homo non accipitur p pręsentibꝫ:iuxta regulā.pbatur.quia in hac ꝓpositione homo est aial non ſcatur aliquod tēpus.igitur subiectū non accipitur tantum ad pręsens tempus. pbatur sic.quia sequeretur q hic non esset p̄dicatio essentialis homo est animal: qō est falsum:genus enim predicatur de specie:modo talis est essentialis. vt dicit primo posterioꝝ.pbatur sequela. Nulla predicatio est essentialis in qua importatur aliqd accñtaliter.sed in ista hō est aial importatur aliquod accidēs.igitur ista non est p̄dica

tio essentialis:homo est animal. Maior patet ex diffinitione p̄dicationis essentialis.mi-nor quia in ista ꝓpositione importatur tempus p hoc verbum substantiuū est:qō fcat cū tēpore:modo tēpus accidit trib⁹ temporib⁹.vt dicitur ārto phisicorum.

Dico verum argumentū concludit q̄ ista predicatio dicit accidētalis in qua p extrema vt per subiectū vel predicatū importatur aliquod accidēs.vt homo est albus, similiter hic album est ho:sed non per copulā.

**Arguitur** tercio. Verbū pñtis tēporis non tantū restringit terminū cōmunem. igitur regula prima data de verbo est male posita.,pbatur añs dicēdo. socrates currit:Hoc verbum preteriti temporis cucurrit restringit istū terminū singularē socrates ad standū pro pñtibus et preteritis:quemadmodū ⁊ hic homo currit.

Dico verū argumentum concludit q̄ terminus singularis positus a parte subiecti respectu verbi preteriti temporis positi a parte predicati potest limitari quo ad actum verbalē conuenientē rei fcate per subiectū:sed nō quo ad suppositā quod requirit ad restrictionē.vñ ista:iohānes cucurrit:valet tantū iohānes in presenti currit:vel etiam in preterito fecit actum currendi.

**Arguitur** quarto. Verbū non potest restringere ntm̄ apponentem. igitur regula prima de restrictiōe p verbū facta est male posita. ꝓbatur. omne quod restringit aliquid:determinat illud:sed verbū non potest determinare ntm̄ apponentē.igitur. Maior est nota:q⁹ restringere est determinare. Minor ꝓbatur. omnis determinatio debet sequi suū determinabile:sed verbū precedit ntm̄ apponentem.igitur verbū nō restringit nec determinat ntm̄ apponentē. Maior est nota similiter:⁊ patet inductiue.semper enim determinatio sequitur suū determinabile.vt homo albus. Minor est silr nota:et patet in ista hō est aial.iste ntūs apponēs sequitur h verbū est

Dico verum argumentum concludit q̄ in ista homo est animal:hoc verbum est precedit ntm̄ apponentē quo ad sstū ⁊ vocē locutionis:tamē aduenit ei per cōfcationem tēporis:quod tempus ambit inherentiā p̄dicati ad subiectū.et hoc modo temp⁹ quodāmodo est posterius ipso ntō apponente.

**Arguitur** quinto. Nullus est ntūs apponēs respectu verbi.igitur.ꝓbatur antecedēs.omnis ntūs debet conuenire cū verbo circa quod ponitur in numero:sed nominatiu⁹ apponēs nō conuenit cum verbo circa qō ponitur in numero.igitur nullus est ntūs apponēs. Maior est vnum principiū in grāmatica. ntūs em̄ ⁊ verbū personale debent conuenire in numero. Minor patet in ista oratiōe homo ē animal.iohānes est homines. Dico verū argumentū concludit q̄ nominatiu⁹ construct⁹ cum verbo debet conuenire cum verbo in numero:verum est de nomīatiuo supponēte sed non apponente. Iste enim sunt congrue.patet quia sunt falsē:et ꝓpñs sunt congrue.dicitur enim primo periermenarū.verū ⁊ falsum supponūt congruum. q̄ autem iste sunt falsē.quia iohānes nō est homines sed est vnus homo.silr homo nō est animal:sed quilibet homo est vnum animal.

**Arguitur** sexto. In ista ꝓpositione homo fuit aial:non est restrictio igit secunda regula falsa de restrictione per verbum.,pbatur añs. ampliatio non est restrictio.sed in ista homo fuit animal:est ampliatio:igitur in ista nō est restrictio hō fuit aial. Maior est nota.q⁹ restrictio et ampliatio sunt ꝓprietates terminor⁹ specifice differentes. Minor patet:quia ampliatio fit ad plura tempora:sed i ista homo ē aial homo supponit et accipitur ad plura tempora. Igitur. maior patet ex his que dicta sunt circa ampliationes. Minor patet:quia in ista homo fuit animal: homo accipit ad presens et preteritum. Dico q⁹ in ista homo fuit animal:homo ampliatur et etiā restringitur respectu diuersor⁹.restringitur quidē rōne fcationis sue totalis ⁊ vniuersalis:quia homo generaliter et vlr fcat presentes preteritos et futuros rōne sue impositionis.sed in ista:homo fuit aial:homo accipitur solum p pñtibus ⁊ preteritis. sed in ista

homo fuit animal est ampliatio si acceptio huius termini homo referr̄ solū ad ꝑcata p̄ñtialiter exñtia huius termini homo: et sic non implicat: in vna ⁊ eadem ꝓpōne esse ampliationem ⁊ restrictionem respectu diuersorum.

**Arguitur** septimo. Ista ꝓpō: omne animal fuit in archa noe: est simpliciter vera. igitur littera falsa. ꝓbatur añs. omnis ꝓpō de p̄terito semel vera: semper est vera. sed ista omne animal fuit in archa noe: est vna de ptō: ⁊ semel fuit vera. igitur semp̄ est vera. Maior quia ad preteritum non est potentia. minor. quia tpe diluuij ista fuit vera. om̄e animal fuit in archa noe de aīalib⁹ q̄ non poterāt vitā ducere in aqua. ¶ Dico ꝙ maior intelligitur omnis ꝓpō de ptō semel vera semper est vera verum est rebus existētib⁹ et stātibus de quib⁹ talis ꝓpō est vera. sed res nunc sunt mutate. plures enim homines et plura animalia sunt genita q̄ ante fuerant ⁊ tēpore diluuij: et sic argumentū non concludit.

**Arguitur** vltimo. omne animal fuit in archa noe: est simpliciter vera. ꝓbatur. de tribus est verū dicere omnia. quia dicit̄ primo celi omnia sup̄ tria ponimus. sed tria animalia fuerūt in archa noe. igitur omne animal fuit in archa noe Minor est nota. quia de qualibet specie aīalis ad minus fuerūt duo. et sic verū est ꝙ tria fuerūt animalia in archa noe Dico verū argumentū concludit ꝙ de tribus animalibus ver̄ est dicere. omne animal. quia signū vl'e affirmatiuū ad min⁹ exigit tria appellata. quia de duob⁹ non est ver̄ dicere omnia. tñ ex isto non sequitur ꝙ ergo hoc signum omnis vel omne solū distribueret ꝓ trib⁹ animalibus. nec Aristo. vult ꝙ ꝓpō in qua ponitur hoc signū omnis verificaretur simpl'r ꝓ trib⁹ suppositis tantū: sed vult dicere ꝙ ad minus dz habere tria supposita actu vel aptitudine.

## Vtrum termini eodem modo restringantur in ꝓpositione affirmatiua et negatiua.

PRo intellectiōe questionis mote sciendū: postq̄ Pe. his. ostēdit quid sit restrictio ⁊ posuit plures regulas de restrictionib⁹: iam ꝯñter in fine huius tractatuli restrictiouum mouet vnū dubiū: vtrum termini eodem mō restringant̄ in ꝓpositōe affirmatiua et in negatiua.

**Notandum primo ꝙ pe. his. in decisione huius dubij** arguit pro ambabus partib⁹. Et primo arguit ꝙ termini non eodē modo restringunt̄ in ꝓpositione affirmatiua et negatiua distinctarū rerū ⁊ diuersar̄ diuerse ⁊ distincte sunt opatiōes ⁊ ꝓprietates. Sed eē qd̄ iportat ꝓpō affirmatiua: et nō esse qd̄ importat ꝓpō negatiua sunt diuersa. igit̄ in ꝓpōe affirmatiua aliter fit restrictio: et aliter in negatiua. in affirmatiua q̄ ad esse. in negatiua q̄ ad nō esse.

**Arguit** secundo sic Pe. his. Si in ꝓpōe affirmatiua ⁊ in ꝓpōe negatiua termini eodē mō restringerent̄: tūc sequeret̄ ꝙ oīs ꝓpō negatiua esset falsa in q̄ esse negaret̄: qd̄ falsum est. ꝓbat autē sequelam sic. Cum em̄ dicitur Rosa est rosa: restringit̄ ꝑ hoc verbū substantiuū p̄ñtis tp̄is ad rosas existētes. Cū aūt d̄r rosa nō est. si iste termin⁹ rosa eodē mō restringeret̄ ad p̄ñtes: tūc valeret tm̄ ꝙ rosa q̄ nō est ꝙ tal' eēt q̄d est impossibile. ostendit em̄. iiij. methice ꝙ ꝯtradictoria sil' ⁊ semel de eadē re dici nō p̄ñt: ꝯstat aūt ꝙ eē ⁊ nō eē sūt ꝯdictoria: q̄ d̄ eodē p̄dicāt̄ diuisiz ⁊ de nullo ābo sil'.

**Arguit** tercio sic Pe. his. Diuersitas in effectib⁹ p̄suppōit diuersitatē i causis. q̄a idē inq̄ntū idē. vt d̄r secūdo de gñratiōe. solū facit idē. ⁊ p̄mo de aīa d̄r. diuersor̄ diuersa sunt principia. sz ista affirmatiua rosa est: est vera. ⁊ ista negatiua. nulla rosa est. q̄r est falsa. et ista diuersitas veritatis ⁊ falsitatis nō orit̄ ex alia cā nisi ex diuersa ⁊ varia restrictiōe terminor̄ in ꝓpōnib⁹ p̄dictis: quare ꝯcluditur ꝙ aliter termini re

striuguntur in ꝓpõe affirmatiua: et aliter in negatiua.

**Notandum secundo in oppositam partem. scz ꝙ termi**ni restringunt̃ eodẽ mõ in ꝓpõne affirmatiua sicut in negatiua, pe. his. arguit tali rõe Omne verbũ simplr̃ sumptũ non habẽs vim ampliandi: nec a se nec ab alio restringit terminũ circa quem ponit̃ solũ quo ad cõsignificationẽ temporis: ⁊ non quo ad significationẽ absolutaz. tẽpus ergo verbi erit cã hmõi restrictiõis. constat aũt ꝙ in ambabꝫ ꝓpõnibꝫ tam in affirmatiua q̃ꝫ in negatiua ꝯcat̃ idem tempꝰ per hoc verbuz substantiuum est. qꝛ presens: ⁊ per ꝯñs termini in ambabꝫ eodẽ mõ restringũt̃ Rõ secunda quam adducit pe. his. ꝙ termini in ꝓpõne affirmatiua ⁊ negatiua eodẽ mõ restringunt̃. quia si iste terminus hõ aliter restringeret̃ in ista affirmatiua. hõ est. ⁊ aliter in ista negatiua: nullus hõ ẽ. vt in prima. hõ ẽ. pro hominibꝫ existentibus. ⁊ in secunda. s. nullus hõ ẽ. pro non existentibꝫ. sequeret̃ ꝙ due contradictorie essent simul vere. qđ ẽ contra Aristo. quarto methaphce. ꝓbat̃ sequela. quia prima valeret tm̃. hõ est. idest hõ exñs in reꝝ natura ille ẽ. ⁊ hoc est verum. Similiter scđa esset vera. nullus hõ est qꝛ valeret tm̃ ꝙ hõ q̃ nõ ẽ exñs: ille ñ ẽ. ⁊ hoc est verum. Ad idẽ ꝓbandum ¶ Arguit quarto pe. his. sic in ꝓpõnibꝫ oppositis debẽt obseruari eedez ꝓprietates logicales: vt est ampliatio. restrictio. sed ꝓpõ affirmatiua ⁊ negatiua opponunt̃. ergo in ipis debz obseruari eadem restrictio ⁊ per ꝯñs termini in affirmatiua ⁊ negatiua eodem mõ restringunt̃. vt patet in istis duabꝫ. Rosa ẽ. nulla rosa est. Maior est vna cõditio requisita ad ꝓpõnes oppositas. Minor qꝛ iste due p̃dicte opponũtur ꝯtradictorie. mõ ꝯtradictio est affirmatio et negatio opposite. vt dicit̃ in postp̃dicamẽtis

**Notandum tercio Pe. his. post argumentationem in**vtrãq; partẽ ostendit ꝙ termini in ꝓpõne affirmatiua et negatiua eodẽ mõ restringũtur: ꝙ primũ argumentũ in notabili p̃mo positũ non cõcludit: nec verũ est ꝙ in ꝓpõne affirmatiua termini restrigerent̃ ad esse ⁊ ꝓ existẽtibꝫ: et in negatiua ad nõ esse et ꝓ nõ existentibꝫ: ⁊ deducit hoc ꝑ simile. In ista em̃ hõ currit hoc verbũ currit nõ restringit istũ terminũ homo ei supponentẽ ad homies currẽtes: qꝛ verbum non restringit terminũ ad ꝯcationẽ: sed q̃ ad conꝯcationẽ que est tẽpus. ⁊ sic nõ restringit ad supposita existẽtia sz p̃ñtia. Supposita em̃ p̃ñtia in aliq̃bꝫ terminis p̃ñt esse tã existentia q̃ꝫ non existẽtia: sicut cũ dicimus: enunciabile est. enũciabile accipit̃ ⁊ supponit tam pro enũciabilibꝫ exñtibꝫ q̃ꝫ nõ existẽtibꝫ: ⁊ sic enũciabilia falsa dicunt̃ p̃ñtia: sed nõ dicunt̃ existentia. qꝛ falsum non existit in natura: licet enunciabilia falsa sunt in p̃ñti. ptz ergo ꝙ in ꝓpõne affirmatiua esse nõ restringit ad existẽtia: sz ad p̃ñtia. et sic etiã fit restrictio in ꝓpositione negatiua ⁊ affirmatiua equaliter terminoꝝ qꝛ quo ad presentia Ad instantiã aũt non secundam dicit Pe. hispa. ꝙ forma ⁊ ꝯcatio termini cõmunis est duplex quedã q̃ saluatur in rebꝫ existẽtibꝫ tantũ. vt est natura humana: natura animalis: non ens enim non dicit̃ homo: nec participat naturã humanã. sic etiã non ens nõ dicitur animal: nec participat naturã animalis. Alia est autẽ forma ⁊ ꝯcatio termini que saluatur tam in rebꝫ existentibꝫ q̃ꝫ non existentibꝫ: vt enũciabilitas: que est forma et ꝯcatio enunciabilis: et saluat̃ in aliquibꝫ enũciabilibꝫ que existunt p̃ñtes. vt deũ esse et generaliter vt sunt omnia vera. In alijs aũt enũciabilibꝫ etiam saluatur forma et ꝯcatio enunciabilis: sed illa enunciabilia non existunt. vt hominem esse asinũ: et vt generaliter sunt omnia falsa.

¶ Sequitur corollarie primo ꝙ in enũciabilibus secũdo modo dictis non fit restrictio termini cõmunis ad existẽtia tantũ sed restringit̃ terminus cõmunis tam ad existentia q̃ꝫ nõ existentia.

¶ Sequitur corollarie secundo ꝙ istius propositionis. rosa non est. non est sensus nec valor. Rosa que est non est: quia oppositum predicaretur de opposito: sed valet

tm̄: rosa pñtialiter sumpta non est. vnde ⁊ ꝓpter hoc. hec ē vera. Rosa est. hec autem falsa. rosa non ē. intelligendo cum a natura determinatuz ⁊ ordinatuz est tempus crescentie rosaꝝ: vt in estate: ⁊ per hoc etiam soluitur ratio tertia.

**Notāduz quarto et vltimo ꝙ Pe. his. in fine huius tra**ctatuli ponit duos modos restrictionis qui plus dependent a volūtate nostra q̄ ab arte vel a natura rei. Primus modus est ꝙ quedā est restrictio ab. vsu. vt cum dicit nihil est in archa vel cista. in qua terminus iste nihil accipitur pro rebꝫ solidis ⁊ sensibilibꝫ. valet em̄ tantuz ꝙ nulla res sensibilis est in archa vel cista nihilominus tamen aer ē in archa vel cista: qui non est sensibilis. Alias enim poneret vacuuz qđ est contra Aristo. quarto phicoꝝ. Secūdus modus restrictionis ē per transitionē verbi vt dicendo. socrates pascit hominē. iste terminus hominez supponit pro alio homine a socrate virtute transitionis ⁊ ꝓpter actū transititiuuz huius verbi pascit. Non ē ~~eadē~~ ꝓprie idem recipiens ⁊ vel suscipiens ⁊ dans quia idem actione directa non agit in seipsum: ⁊ ideo aliquando si sunt idem hoc est per accidens. sicut idem est aliquando dux ⁊ ~~comes~~ hoc est per accidens. tamen inter se distincta sunt ¶ Sequit corrollarie ꝙ ista ꝯña non valet iuxta hanc restrictionem. socrates pascit ~~seipm~~. ⁊ socrates ē homo. ergo socrates pascit ~~seipm~~. sed cōmittit fallacia accidentis. quia hoc ꝓnomen se ē ꝓnomen reciprocū: ⁊ non potest supponere pro diuersis ⁊ alijs hominibus a socrate. Istis notabilibꝫ sic stantibꝫ est.

**Conclusio responsalis ꝙ termini eodem modo restri**guntur in ꝓpōne affirmatiua ⁊ negatiua. Veritas huius conclusionis. patet ex rationibꝫ in notabili secundo adductis. quare conclusio vera.

**Arguitur** primo. Termini non eodez mō restringuntur in ꝓpōne affirmatiua ⁊ negatiua. igit̄ ꝓbat̄ añs. ydēptificato accñte ydētificat̄ subiectum. sed in ꝓpositione affirmatiua ⁊ negatiua non est idem terminus: ⁊ per ꝯñs etiam non ē eadem restrictio: que ē accidens termini. Maior est nota. quia manente eadez albedine in petro semper manet idem petrus ⁊ idem hō: licet non econuerso. quia subiectum potest manere idem ⁊ actus variari. Minor patet: quia qđ semel dictum ē amplius non pōt repeti. vt dicit Aristo. in predicamento quantitatis. ⁊ etiā đr primo de generatione. idem non reuertitur. ⁊ primo celi. Ad preteritū non ē potentia: ⁊ per cōsequens idem terminus non ponitur in ꝓpōne affirmatiua ⁊ negatiua. ¶ Dico verꝝ argumentū concludit ꝙ idem terminus in numero non ponit̄ in diuersis ꝓpositionibꝫ sed bene in specie. Et sic argumentū non concludit. ⁊ sic adhuc eadem restrictio manet in ꝓpositione affirmatiua ⁊ negatiua.

**Arguitur** secundo. In ꝓpōne affirmatiua ⁊ negatiua non est eadem restrictio. Igitur restrictio p̄supponit suppositionē ⁊ ꝑcationez: sed in ꝓpositiōe affirmatiua ⁊ negatiua non est eadem ꝑcatio. igitur nō ē eadem restrictio. maior. qꝛ restrictio est quedam restricta ꝑcatio ⁊ suppō. vnde ⁊ dicitur restrictio quasi restricta suppō: ⁊ ꝑcatio minor. quia ista rosa est ꝑcat rosam esse: sed ista rosa non est ꝑcat rosaz non esse. modo ꝑcare esse ⁊ ꝑcare non esse. non est idem ꝑcare. sic ꝑcatio affirmatiua non est ꝑcatio negatiua nec econuerso quemadmodū affirmatio non est negatio. vt dicitur p̄mo perierme. ¶ Dico verum argumentū concludit ꝙ in ꝓpōne affirmatiua ⁊ negatiua non est eadem ꝑcatio totalis ꝓpōnuz penes quam attendit̄ veritas ⁊ falsitas ꝓpositionū. sed bene in ꝓpositione affirmatiua ⁊ negatiua ē eadem ꝑcatio partialis ⁊ essentialis terminoꝝ. quia terminus vbicunqꝫ ponitur essentialiter eque multa ꝑcat. ¶ Seqnit̄ corrollarie ꝙ terminus restrictus ⁊ non restrictus ꝑcat eque multa essentialiter. vt homo ⁊ albus. sed non accidentaliter: Cuz em̄ dicit̄ homo absolute. hō accipit̄ indifferenter ⁊ irrestricte pro quolibꝫ homine siue albo siue nigro: sꝫ cum dici

mr albi hō. iste termin⁹ hō accipit accidentaliter solum pro hominib⁹ albis.

**Arguitur** tertio. Nulla est restrictio ab vsu. igit. pbat̄ aīs. Illud qō ē ab vsu: ē a voluntate. sed restrictio non est a volūtate. igit nulla ē restrictio ab vsu. Dato⁹. quia voluntas est causa vsus: ⁊ q aliquid admittit in cōmuni vsu. Dino⁹. quia de restrictione ē scientia. vt ostendit hic per pe. his: scientia aūt ē necessariorū. vt dicit primo poste. Illa aūt que sunt a voluntate nō sūt necessaria. volūtas em est libera. ⁊ pōt in vtrūq; oppositor⁹. ⁊ que a voluntate sunt contingentia sūt. contingētiū aūt non ē scientia ¶ Dico veruz argumentum concludit q illud qō ē simplr a voluntate hoc non est scibile. nec restrictio aliqua est simpliciter a voluntate fundata in re. vnde cū dicit. Nihil ē in archa. hoc signum nihil negat res solidas ⁊ sensibiles: et per pūs nihil distribuit ⁊ negat pro reb⁹ solidis ⁊ sensibilib⁹: maxime sensu visus ⁊ tactus: mō aer non videtur nec directe rōne sui tactu cognoscitur: licet aer rōne frigiditatis aut caliditatis percipit tactu. ⁊ sic argumentum non concludit.

**Arguitur** quarto ⁊ vltimo. idem agit in seipsum. ⁊ idem est recipiens ⁊ dans: igitur fundamentum scōe regule ē falsum. pbat̄ aīs pro prima parte. q idez agit in seipm. patz. quia intellectus intelligit seipsuz. vt dicit tertio de anima ⁊ primo de generatione. dicit. q omne agens in agendo repatitur: ⁊ experientia ostēdit q idem homo ledit ⁊ interficit seipm. Sed q secūda pars sit vera. scz q idem sit recipiens ⁊ dans. patet quia idem homo nutrit se ipsuz. modo in nutritione res cibat seipsum. ⁊ sic recipit cibum ⁊ dat sibi ipi cibum ¶ Dico verum argumentum concludit q virtus immaterialis vt intellectus reflectitur supra seipsum: quia intellectus intelligit seipm. sed virtus materialis non reflectitur supra seipam. ⁊ sic licet aliquādo aliqua res materialis etiam agit in seipsam: hoc non est actione directa: q actio formaliter non est passio nec agens vt sic. ⁊ inquantum agens est passum formaliter. vt ostendit tertio physicor⁹. ⁊ sic homo dicit pascere ⁊ nutrire seipsum: non inquantū seipsum sed inquantum alteruz. Sequitur corrollarie finaliter q licet idem non predicat de ente ⁊ de non ente: veruz est de predicato reali: sed predicatū intentionale pōt predicari ⁊ dici de ente ⁊ non ente. vt in pposito enunciabile dicitur de enunciabili vero ⁊ falso. falsum autem est quodammō non ens. vt dicitur primo poste.

## Circa tractatū distributionum queritur primo Utruz

diffinitio distributiōis. ⁊ diuisio signor⁹ distributiuor⁹ a pe. his. sit sufficiēter assignata.

Iste est tractatus sextus partior⁹ logicalium in quo. Pe. his. determinat de sexta proprietate termino⁹uz que est distributio Pro intellectione questionis mote.

## Notandū primo. quia secundum intentionem Aristo:

primo posterior⁹. In omni doctrina ⁊ scientia dandū ⁊ assignandum est qōdam primuz: qō est subiectum in tali scientia: ad qō omnia considerata in scientia habent ordinem ⁊ attributionem tanq̄ ad primū metruz ⁊ mensuram considerator⁹ in tali scientia. Subiectum itaq; in scientia distributionum est terminus distribuibilis pro suis inferior⁹ib⁹ ⁊ suppositis. vt enim dicet̄ infernus: distributio fit pro inferior⁹ibus ⁊ suppositis: vnde ⁊ terminus singularis non distribuitur: quia non habet sub se inferius nec plura suppositā. proprium autem passio huius subiecti est posse accipi distributiue ⁊ distribui per signum aliq̄ distributiuum: de quib⁹ dicetur in diuisionibus. Pro intellectu itaq; eorum que dicentur inferius ad distributionem logicam quattuor⁹ concurrunt. Primum est causa efficiens. ⁊ illa causa efficiens est duplex. quedam est principalis: ⁊ ista est intellectus humanus vel anima accipiens terminum distributiue. q enim aliqua natura cōmunis a parte rei est multiplicata in plura suppositā actu vel

aptitudine. dicitur enim primo posterioz. vniuersale est vnum in multis: intellectus hoc considerans illam naturam accipit distributiue in omnia sua supposita. Causa autem efficiens distributionis minus principalis z instrumentalis est signum distributiuum quo intellectus vtitur faciendo z designando distributionez alicuius nature in sua supposita Vnde z dicitur primo periermenia z. omnis non est vniuersale sz vniuersaliter consignificat. Secundum qō concurrit ad distributionez est terminus cōmunis. qui significat aliquā naturam a parte rei multiplicatam in suā supposita. Tertium sunt suppositā z singularia suppositā z importata per terminum cōmunem que suppositā participant naturā communem significatam per terminum cōmunē distributiuz: vnde z bene dicit porphi. q participatione speciei plures homines sunt vnus homo. Quartum z vltimuz q concurrit ad distributionem logicam est habitus do termini distributi ad ea pro quibus distribuitur sicut enim in natura vniuersale habet habitudinem z ordinem essentialem ad sua supposita quib⁹ dat nomen esse z rationem: sic z terminus distributus habet ordinem ad supposita pro quibus distribuitur z multiplicatur. ¶ Sequitur corrollarie q distributio in arte habet originem z similitudinem cuz distributione in natura. Sicut enim in natura aliqua res realis realiter partitur z diuiditur in partes suas vel inferioza. dicitur enim tertio phisicozuz q qōlibet continuū secunduz se est vnum. fit autem multa per diuisionem in partes. et vniuersale quod est vnum scōm se: multiplicatur in multa supposita. sic z in arte terminus communis distribuitur z multiplicatur in sua suppōsua per talem terminum cōmunem designata. vt patebit in diffinitione distributionis.

**Notanduz secundo q Pe. hisp. in textu ita diffinit distributionem** Distributio est multiplicatio termini cōmunis per signum vniuersale facta ¶ Pro cuius diffinitionis intellectu sciendū diffinitum presentis diffinitionis ē distributio logicalis: que dicitur ad similitudinem distributionis realis vt dictum est Pro genere autem in diffinitione ponit multiplicatio. Illud enim proprie dicitur multiplex qō habet multas plicas. sic z in proposito terminus qui debet distribui debet habere multas plicas. hoc est suppositā z inferioza pro quibus distribuitur. Dicitur vlterius in diffinitione termini communis ad differentiam termini singularis. Terminus enim singularis non potest distribui. Ratio est ista illud enim qō distribuitur debet habere sub se multa supposita. constat autem q terminus singularis non habz inferius se: sed est rationū z vltimuz. Non enim diuiditur singulare vel individuum diuisione formali in inferius. licet diuidi possit diuisione materiali in partes integrales suas ex quibus componitur. vnde individuum est qō est in se indiuisum z a quolibet alio diuisum. ¶ Sequitur corrollarie q ista est inepta omnis socrates. dicitur. ei quinto methaphisice: Nemo dicit bene omnis socrates. Ratio qnia termino singulari non competenter additur signum vniuersale affirmatiuum. signum enim vniuersale affirmatiuum termino cui additur ipsum distribuit. modo terminus singularis. vt dictum est. distribui non potest ¶ Sequitur corrollarie q in ista. omnis petrus est mirabilis. hoc signum omnis nō additur huic termino petrus rōne suppositozum q distribueret istum terminum petrus rōne suppositozum: sed potius conditionum: z sic ista valet tantum. omnis petrus est mirabilis id est petrus scōm omnes conditiones suas est mirabilis. Simile huius dicitur primo priozum.. omnis nicolaus musicus eras corrumpetur. id est nicolaus scōm omnes conditiones suas corrumpetur. dicit enim tertio topicozuz. corruptis nobis corrumpunt omnia que in nobis sunt. ¶ Sequitur corrollarie tertio q termino singulari potest addi signum vniuersale negatiuū. componendo negatiuam: non socrates currit. quia non est verius dare contradictionem nisi negationem preponere toti. tamen hoc signum non vel nullus non additur termino singulari ratione distributionis sed negationis tm. signum enim vniuersale

negatiuum habet duplex officium vel duplicem ꝓprietatem: vnam distribuere: aliaz autem negare. Ratione itaqꝫ negationis signum vniuersale negatiuum additur termino singulari ⁊ non ratione distributionis. Signum autem vniuersale affirmatiuū solum habet vnam ꝓprietatem scz distribuere: ⁊ ergo non additur termino singulari. Dicitur in fine diffinitionis. per signum vniuersale facta. Ibi tangitur causa efficiēs instrumentalis distributionis. principalis enim causa distributionis: vt dictum est in notabili primo: est intellectus humanus. Instrumentalis tamen causa est signuz vniuersale: aliquando affirmatiuum. vt omnis. quilibet. aliquando negatiuum: vt non: nullus. nemo. ⁊ per hoc excluduntur signa particularia que terminos communes se sequentes non habent distribuere. vt dicendo aliquis homo currit. Iste terminus cōmunis homo non distribuitur: vt dicet inferius.

## Notandum tertio ꝙ Petrus hispanus postquam posuit diffinitionem distributionis consequenter ponit tres diuisiones signoruz distributiuorum.

Prima diuisio signorum distributiuorum est. quedaz sunt signa distributiua substantie. ⁊ quedam sunt signa distributiua accidentis. vnde signuz distributiuū substantie est qđ distribuit res que habent se per modum substantie siue per modum qđ quid est. quandoqꝫ enim signum distribuit terminum pro suppositis suis qui ꝑcat veram substantiā: vt omnis homo currit. substantia enim est res per se existēs: vel pars rei per se existentis. quia ergo homo est substantia secunda. quia terminus homo significat veram substantiam. quandoqꝫ autem signum distributiuum substantie non distribuit veram substantiam: sed illud qđ habet modum substantie. vt dicendo. omnis nigredo est color. iste terminus nigredo non significat verā substantiam. nigredo enim ꝑcat nigredinem. nigredo aūt est accidens semper in subiecto subsistens: tamē iste terminus nigredo ꝑcat nigredinem per modum substantie ⁊ quasi per se esset. licet in re nūqꝫ nigredo naturaliter est per se. vnde ⁊ ꝓpter hoc dicunt grammatici ꝙ nomina abstracta accidentium: vt nigredo albedo: sunt nomina substantiua: ⁊ ꝑcant subsistenter ⁊ per modum substantie. sed albꝰ niger sunt adiectiua: ⁊ significant adiacenter. ꝑcant enim formas accidentales vt sunt in subiecto Quomō autez habent diuidi signa distributiua substantie ⁊ quomodo varia sunt: dicetur inferius. Sunt autē signa distributiua substantie. omnis. quilibet. nullus. nemo neuter. ¶ Sequitur corrollarie ꝙ cum dicitur signum distributiuum substantie. substantia capitur communiter pro essentia: quomodo in quolibet predicamento reperitur substātia vel essentia predicamenta enim decem iuxta intentionem Aristo. quinto metaphice designant ⁊ important decem naturas primas rerum quas participat omne ens creatum. vnde ⁊ dicitur primo poste. essentie predicamentorum sunt impermixte. Signum autē distributiuum accidentis est qđ distribuit res se habentes per modum accidentis. Accidens autē ⁊ modus accidentis est semper inesse alteri ⁊ adiacere vnde ⁊ dicit accidens quasi cadens alteri. quia substantie: dicitur enim quarto methaphice: ꝙ accidentis non est esse sed in altero esse. signa autem distributiua accidentium sunt qualis quantus qualiscumqꝫ qꝫtuscūqꝫ de quibus dicetur inferius.

## Notandum quarto ⁊ vltimo ꝙ secunda diuisio signorum distributiuorum quā ponit. pe. his. in textu est.

Signoꝝ distributiuorum substantie. quedam distribuunt pro partibꝰ integralibꝰ. vt totus. totus eniz sincathegorematice captū: valz tm̄ sicut quelibet pars integralis. vt totus socrates est minor socrate: vz tm̄ sicut q̄libet pars integralis socratꝭ ē minor socrate: ⁊ h̄ est verꝝ. qꝛ semp pars ē minor qꝫ suū totū. vt dicit vnū principiū mathematice. pars aūt integral ē q̄ integras

et cōponit totū. omnes em̄ partes integrales alicui⁹ toti⁹ integralis simul sumpte: p̄cise reddūt et cōstituūt ip̄m totū. vnde ⁊ dicitur primo phicoꝝ. Totū nō est aliud nisi partes sue omnes simul sumpte. Alia aūt sunt signa distributiua sube: que distribuūt ꝑ partib⁹ subiectiuis: hoc est ꝑ suppositis et inferiorib⁹ alicuius termini cōmunis. vt oīs nulla. cū em̄ dicit: omnis homo currit: iste termin⁹ cōis homo distribuit ꝑ oībus suppositis hoīs. Dicit em̄ primo celi. Qui dicit oīs nihil excludit. Pars aūt subiectiua est inferius alicui⁹ vl'is. omne em̄ vl'e est. quoddā totum respectu suoꝝ inferioꝝ. vñ et d'r p̄mo phicoꝝ. Uniuersale est quodā totū multa cōprehēdens. Deinde pe. his. ponit terciā diuisionē signoꝝ distributiuoꝝ. et dicit ꝙ signa distributiua ꝑ partib⁹ subiectiuis vel inferiorib⁹ sunt duplicia. Quedā distribuūt ꝑ duob⁹ tantū. et de numero istoꝝ quedam sunt affirmatiua. vt vter vterq̄. quedā negatiua. vt neuter. Alia autē sunt signa distributiua q̄ distribuūt pro partib⁹ subiectiuis: sed ꝑ pluribꝫ q̄ꝫ ꝑ duobus. et talia iterū sunt duplicia. quedā affirmatiua vt omnis. quedā negatiua vt nullus nulla nullum similiter hoc aduerbiū nō. sil'r nemo. vt dicetur inferius. Postea pe. his. ostēdit quo ordine vult determinare de signis distributiuis. et dicit ꝙ primo vult determiare de signis distributiuis sube. ⁊ postea de signis distributiuis accidentiū. Cuius rō est ista: qꝛ sicut in natura suba ē prior accidēte natura tpe ⁊ diffinitiōe. vt d'r: vij. metaphice. sic ⁊ in arte primo dicēdū erit de signis distributiuis sube: et postea de signis distributiuis accidētiū. Dicit em̄ secūdo phicoꝝ. Ars imitat naturā. Istis notabilib⁹ sic stātib⁹ est

## Conclusio responsalis. Diffinitio distributōis et diuisio signoꝝ distributiuoꝝ a pe. his. est sufficiēter assignata: Ueritas conclusionis ꝑ prima parte patet ex notabili secundo. ꝑ secunda parte patet ex notabili tercio ⁊ quarto quare conclusio vera.

**Arguitur** primo. Distributio nō est multiplicatio termini cōmunis ꝑ multis. ꝑbatur sic. in istis ꝓpositionib⁹: oīs sol lucet: oīs fenix est: subiecta distribuūtur ꝑ hoc signū oīs: et non ꝑ multis. ꝑbatur. qꝛ solū est vn⁹ sol. sil'iter vnica ē auis in mundo que dicitur fenix. vt scribunt philosophi.

¶ Dico licet in ista omnis sol lucet: subiectū sol non distribuitur ꝑ pluribꝫ actu: tñ aptitudine. qꝛ iste terminus sol habet pl'a supposita aptitudine. quantū em̄ esset ex parte nature ⁊ forme solis. natura solis cōmunicaret se multis. sed defectus est ex parte materie suscipiētis illā naturā et formā solis. Sic sil'r dicat: ꝙ licet est vnica auis in mundo in arabia. vt scribit Solinus de mirabilib⁹ mundi. tamen pl'es sunt successiue. postquam enim vnus fenix corrūpitur alter generatur.

**Arguitur** secūdo. Distributio non est multiplicatio termini cōmunis. ꝑbatur qꝛ terminus singl'aris distribuit. ꝑbatur. in ista: totus socrates est minor socrate. iste termin⁹ singularis socrates distribuit ꝑ hoc signū distributiuū tot⁹ quod additur ei. vt enim dicet inferi⁹: hoc signū totus terminū cui additur illū distribuit.

¶ Dico verū argumentū concludit ꝙ in ista totus socrates est minor socrate. hoc signū vl'e totus additur huic termino singulari socrates nō rōne sui: sed potius additur termīo cōmuni incluso. scꝫ partes. et sic predicta ꝓpō valet tantū: totus socrates ē minor socrate. i. quelibet pars socratis est minor socrate.

**Arguitur** tercio. Alicubi est distributio que nō fit ꝑ signū vl'e. ꝑbatur qꝛ cōparatiuus distribuit. vt socrates est fortior asino. sil'r suplatiu⁹ distribuit vt iohanes est fortissimus hoīm: et tamen nec cōparatiuus nec superlatiuus est signū vl'e. vt notum est. ¶ Dico verū argumentū cōcludit ꝙ cōparatiuus ⁊ superlatiuus distribuit terminū a se rectū: nō ratiōe sui sed ratiōe negatiōis incluse: que includitur in exponēte principali. vt dicetur inferius

**Arguitur** quarto. Terminus cōmunis nō distribuitur per signū vl'e. igit diffinitio non valet. ꝑbatur añs in ista. omnis canis est ens. iste termin⁹ ca-

nis est terminus cōmunis: quia ꝓcat plura: et tamē nō distribuitur. ꝓbatur sic. omnis distributio fit in ꝓpositiōe: sed hic nō est ꝓpō. canis est ens. igitur canis non distribuit. Maior' est nota. qz distributio est ꝓprietas subiecti vel predicati. mō in ꝓpōne est subiectū et predicatū. Minor quia hic est omnis plures: z omnis equiuoca. modo omnis plures et equiuoca nō est ꝓpō. vt ostenditur primo periermenias.

¶ Dico verū argumentū concludit q terminus equiuocus equiuoce tentus non distribuitur nec facit ꝓpōnem: sed terminus equiuocus vniuoce tentus et ꝑ vno ꝓcato certo distribuitur z facit ꝓpōnem: vt omis canis est latrabilis. omis canis fulget in celo.

**Arguitur** quinto. Distributio non est multiplicatio cōmunis. ꝓbat sic. qz terminus singularis distribuit. patet in ista. omne ens qō est socrates currit. hoc subiectū ens qō est socrates. est terminus singularis z distribuit: z per ꝓns distributio non est multiplicatio termini cōmunis. ꝓbat añs. q hoc subiectum ens qō ē socrates sit terminus singularis. quia est regula in logica aggregatū ex termino communi z termino singulari mediāte ly qui q vel qō est terminus singularis. vt ens qō est socrates. ens qō ē petrus: sed q distribuitur: ꝓbat. quia distribuit per hoc signum vniuersale omne: cui ꝓpriū est distribuere terminū cui addit. modo ꝓpriū non derelinquit rem cuius est ꝓprium ¶ Dico verum argumentum concludit q in ista ꝓpositione omne ens quod est socrates currit: signū vniuersale omne additur termino singulari non ratione sui: z inquantū totum subiectum est terminus singularis: sed addit ei ratione huius termini cōmunis. scz entis: illicz talis non tenetur cōmuniter sed restringit. Alij tamē dicunt q termino singulari complexo pōt addi signū vniuersale: sed termino singulari simplici non potest addi signum vniuersale. Rō diuersitatis est hec quia terminus singularis cōplexus. vt ens qō ē socrates includit terminum cōmunē quia ratione sue ꝓcationis essentialis ꝓcat communiter: z ratione illius ei additur signum vniuersale: sed terminus singularis simplex. vt iohēs petrus solum ꝓcat vnum essentialiter: z ergo ei bene additur signum vniuersale.

**Arguitur** sexto. Distributio non est multiplicatio termini communis. ꝓbat sic. distributio est multiplicatio termini singularis. igit. ꝓbatur añs in ista ꝓpositione: omnis petrus est mirabilis: que conceditur a logicis: z in cōmuni vsu loquendi. z sic videt q iste terminus singularis petrus distribuitur z Aristo. primo poz concedit istam. omnis musicus cras corrūpet. ¶ Dico verum argumentum concludit q terminus potest distribui pro conditionibz z ꝓpriet. tatibz sed nō pro suppositis. vt declaratum est superius in notabili secundo.

**Arguitur** septimo. Distributio non est multiplicatio termini cōmunis. igit. ꝓbat añs. quia terminus singularis distribuit. ꝓbat. illud cui additur negatio vel signuz negatiuū hoc distribuitur: sed termino singulari addit negatio vl signū negatiuū. igit. Maior. quia ꝓprium negationis z signi negatiui ē distribuere: vnde dicunt cōmuniter logici q quecūd negatio negat: cōfuse distributiue negat. Minor patz in ista. non socrates currit. que ē contradictoria istius. socrates currit. ex quo singularis negatiua contradicit singulari affirmatiue. modo contradictio est affirmatio et negatio opposite: vt dicit primo perier. Dico verū argumentū cōcludit q negatio z signuz negatiuū addit termino singulari non ratione distributionis sed ratione negationis. vt dictū ē superius in notabili secūdo. Ad illud añ q oz q quecūd negatio negat cōfuse distributiue negat vez ē hoc in termino communi qui habz plura supposita z nō in termino singulari qui non habet inferius se.

**Arguitur** octauo. Prima diuisio signoz distributiuoz nō vz. igit. ꝓbat. vbicūcz est distributio ꝑ subā ibi ē z ꝑ accīns: ergo supfluuz est ponere signa distributiua accīntis. tenet. añs. qz peccatū est fieri per plura qō pōt fieri ꝑ paucioza. añs. ꝓbat. quia semp ad distributionē subē sequitur distributio accidentis. dicit enim ꝑ

mo topl. q accñtia numerant numeratiõe suoꝝ subiectoꝝ. suba em̃ naturalis nunq̃ põt esse sine accñtib. Dico verũ argumentũ cõcluderet si signũ distributiuũ ideo diceret distributiuũ sube qꝛ distribueret subam: sꝫ dr distributiuũ sube qꝛ distribuit res q̃ habẽt se per modũ sube. sic ⁊ signa dicunt accñtis qꝛ distribuũt res q̃ habẽt se per modũ accñtis. vel etiã possumus dicere q verũ argumentũ cõcludit q multiplicatio accñtis ꝑm numerũ fit ad multiplicationẽ sui subiecti: sꝫ nõ multiplicatio ꝑm spẽm qꝛ illa fit per ꝓpria signa: vt dicetur inferius.

## Arguitur nono ⁊ vltimo. Pe. his. est insufficiẽs. igitur

sua determinatio non valet. ꝓbat añs. quia sicut fit distributio pro partibus integralibus alicuius totius: sic etiam debet fieri distributio pro partibus essentialib rei. ꝓbat quia non videt ratio diuersitatis. sicut enim totum integrale includit partes integrales suas: sic ⁊ partes essentiales. Dico q distributio pro partib essentialib comprehẽditur ⁊ continet sub distributione que est pro partib integralib rei. est em̃ aliqualis similitudo inter distributionẽ pro partib integralib ⁊ pro distributione que ẽ pro partib essentialib. sicut enim partes integrales simul sumpte constituũt totũ integrale: sic ⁊ partes essentiales simul sumpte constituũt totũ essentiale: ⁊ per ꝯñs vna continet sub alia. ¶ Sequitur corrollarie p̃mo q pe. his: non posuit diuisionez signoꝝ simpliciter ⁊ absolute: sed signoruꝫ distributiuoꝝ. ⁊ ergo non posuit diuisionem signi in signum particulare ⁊ vniuersale. ¶ Sequitur corrollarie scdo q signa non dicunt accidentis: quia sunt adiectiua: quia omnia signa distributiua sunt adiectiua: sed dicunt accñtis quia distribuunt rem que habet se per modũ accñtis ¶ Sequitur corrollarie tertio q licet ponit signum distributiuuꝫ pro duob non tamẽ oportet ponere signum distributiuũ ꝓ vno. quia vbi est vnum nõ ẽ multiplicatio. modo distributio dicit multitudinẽ. ¶ Sequit corrollarie quarto q licet sũt distributiua pro duob tm̃. vt vter vterq: tamen non oportet q sint distributiua pro trib aut quattuor tm̃. Ratio. quia omnis multiplicitas vel pluralitas ẽ in duob vel in plurib q̃ duobus: ⁊ sic quia tantũ due sunt species pluralitatis. Quedam enim ẽ pluralitas paucitatis vt duo. Et quedam est pluralitas multitudinis: ⁊ hec ꝑcat per alia signa distributiua: ⁊ per ꝯñs non oportꝫ ponere signa distributiua pro trib aut pro quattuor.

## Vt itaq processus Petri his. in tractatulo distributio

nũ ⁊ in tractatulo exponibilium iunioribꝫ facillime pateat. ⁊ ne idẽ frequentius inutiliter repetat: materiam consormem in his tractatulis contentam sub vnius questiõis titulo declarare institui Vnde ⁊ hoꝝ tractatuloꝝ doctrinam in duodecim articulos distinguere ꝓposui in quib tota intentio Petri hispani resolutissime determinabitur. Primus articulus erit de signo vniuersali omnis: qđ ali quando tenetur distributiue aliquãdo collectiue. ⁊ que sit eius natura in vtraq acceptione: ⁊ quomodo ꝓpositiones plurime verificantur et vere sunt in vna acceptione ⁊ sensu. in alia autem falsificantur: ⁊ negari possunt.

## Vtrũ determinatio Pe. his. de signo vniuersali omnis

in littera sit sufficienter assignata.

Pro intellectione huius questionis mote Postq̃ pe. his. posuit diffinitionẽ distributionis: ⁊ cum hoc diuisionẽ signoꝝ distributiuoruꝫ iuxta determinationẽ superiꝰ p̃missam. Primo incipit determinare de signis distributiuis sube. eo q suba est prior accñte natura tempore ⁊ diffinitione. vt dicit. vij. metaph. Incipitq in primis ab illo signo vniuersali omnis: qđ est signum distributiuũ sube affirmatiue. licet enim hoc

signum nullus etiã sit signũ distributiuũ substantie. tamẽ melius pe. his. determinat de isto signo vniuersali affirmatiuo omnis. Ratio quia affirmatio ꝓmo cadit ⁊ offertur intellectui nostro: ⁊ ex ꝓinde negatio. ꝓmo em̃ intellectus apꝓhendit diuisibile: qđ dicit affirmationẽ. ⁊ deinde indiuisibile: qđ importat negationẽ. vt ostendit. iij. de anima. Et ergo pe. his. per ꝓius determinat de signo vniuersali affirmatiuo omnis q̃z de hoc signo vniuersali nullus. ꝓ intellectu ut q̃ litere.

**Notandũ est ꝓmo q̃ omnis tenetur dupliciter. Uno** mõ in singulari numero. ⁊ sic ſm logicos vt in plurimũ accipitur distributiue. ⁊ sic denotat ꝑcatus termini cõmunis cui additur duidi ⁊ multiplicari vt in multa supposita actu, vel aptitudine: actu: vt cum dico. omnis homo currit. aptitudine: vt cũ dico omnis sol lucet. omnis mundus est vnus. omnis fenix est vnica auis in arabia. Et isto mõ hoc signuz omnis terminũ cõmunez immediate sequentẽ vt subiectũ ſm logicaz cõmunez facit stare cõfuse distributiue ⁊ ꝑdicatum siue terminũ mediate sequẽtez cõfuse tm̃. vt omnis hõ est animal. Secõm aũt pe. his. hoc signũ omnis termi nuz imme diate sequentẽ vt subiectum facit stare confuse distributiue. ⁊ predicatum simplr siue terminũ mediate sequẽtẽ simplr. ⁊ hoc in ꝓpõe q̃ ẽ in materia naturali. vt omnis hõ est aĩal. omis hõ ẽ risibilis. vt dictũ ẽ in libro suppõnuz. ¶ Dico notãter q̃ h̃ signũ ois vt in plurimũ tenet in singulari numero distributiue. quia etiaz inuenit in numero singulari vt tenet collectiue. vt hic. ois terra adorat te deꝰ. vt cõmuniꝫ dicum: logici. quę valet tm̃. oẽs terrigeni hoies adorãt te deꝰ. hoc tm̃ nõ est in vsu: ⁊ raro contingit. Se cũdo hoc signuz ois tenet vt ẽ pluralis numeri, ⁊ sic tenet dupliciter. Uno mõ collectiue ⁊ sic denotat ꝑdicatũ cõuenire oĩbꝫ suppositiꝫ subiecti non diuisim, ꝓ q̃libet seorsum vel aliquibꝫ diuisim̃ ſz ꝓ oĩbꝫ simul: vt oẽs apli dei sũt. xij. q̃ valz tm̃ oẽs apli dei simul sũpti sũt. xij. ⁊ hoc est vez. Uñ ⁊ Hugo dixit hãc ꝓpõnez. oẽs apli dei sũt. xij. esse vniuersalẽ collectiuã. ⁊ sic ſm logicos cões hoc signũ ois collectiue tentũ cõfundit subiectũ apli dei cõsiuse tm̃. ⁊ ꝑdicatũ. ſ. xij. apli ꝓmittit stare determinate. Secõo hoc signũ ois in pl̃ numero tenet distributiue. ⁊ sic denotat ꝑdicatũ cõuenire suppositiꝫ alicuibꝫ ſbiecti diuisiꝫ ⁊ nõ oĩbꝫ simul. Et sic ista oẽs apli dei sunt. xij. valeret tm̃. isti apli dei demõstratꝫ duobꝫ vl tribꝫ sũt. xij. ¶ Sequit cozrollarie ꝓmo q̃ hec ẽ distinguẽda oẽs apli dei sũt. xij. Si em̃ omis tenet collectiue: ipa ẽ vera. ⁊ vz tm̃ oẽs apli dei simul sũpti sẽ. xij. ⁊ hoc ẽ vez. Sz si oẽs tenet distributiue ipa ẽ falsa. q̃ ipa fcat q̃ duo apli dei vl tres essẽt. xij. qđ ẽ falsuz. ¶ Sequit cozrollarie secõo q̃ ista argumẽtatio nõ vz tenẽdo oẽs collectiue. oẽs apli dei sũt. xij. iohs ⁊ petrꝰ sũt apli dei. ergo iohs ⁊ petrus sũt. xij: q̃ ꝓmisse sũt vere ⁊ cõclusio falsa. Nec ẽ argumentũ in darij q̃ in maiori subiectũ in darij dz distribui qđ hic nõ cõtingit. ⁊ etiã maioz nõ ẽ vlis. vt plurimi logici dicũt ſz indiffinita: vt dicẽt inferꝰ. licz hugo õt eã esse vlem collectiuaz. Si aũt oẽs tenet distributiue tũc maioz ẽ falsa: nõ miꝫ q̃ ⁊ cõclusio. maioz ei valebit tm̃ q̃ isti apostoli dei demõstratꝫ duobꝫ vl tribꝫ essẽt. xij. qđ ẽ falsuz. ¶ Sequit cozrollarie tertio q̃ ista ꝓpõ. oẽs apli dei sũt. xij. ſm logicã cõem ẽ indiffinita. q̃ ois collectiue tentũ facit ꝓpõem indiffinitã. ⁊ vz tm̃ maximꝰ numerꝰ apl̃oz dei ẽ duodenariꝰ. ⁊ subcẽm in ea ẽ hoc totũ: oẽs apli dei. licz hugo tenet q̃ solũ apli dei. q̃ ſm eũ sincathegozema positũ a parte subiecti nõ ẽ subcẽm nec pars ſbiecti. logici tm̃ alij dicũt q̃ sincathegozema positũ a parte subiecti nõ ẽ subcẽm nec pars subiecti. vez ẽ qñ tale sincathegozema determinat tã subiectũ q̃ ꝑdicatũ. q̃ qua rõne essz pars vnꝰ. eadẽ rõe ⁊ ps alterꝰ. Sz in ista. oẽs apli dei sũt. xij. hoc sincathegozema ois solũ determinat subcẽm̃ ꝑdicatũ aũt in ea ẽ hoc totũ. xij. apli. q̃ adiectiuũ ꝑ se nõ põt esse ꝑdicatũ, mõ. duodecim. est adiectiuum. ¶ Sequitur cozrollarie quarto q̃ ista. omnes apostoli dei sũt. xij: ſcõm se ⁊ in ꝓpria forma non habet contradictoziam: tenendo q̃ est indiffinita. dicendo enim nulli apostoli dei sunt. xij. est inepta. sed melius est eam resoluere ꝓmo ⁊ sue resoluẽs

ti dare cōtradictoriā. resoluit aūt sic. maximus numerus apostoloꝝ dei ē duodenarius
ꝛ isti daret contradictoria. nullus maximꝰ numerus apostoloꝝ dei est duodenarius.
hec hugo. Alij tamē hugonis hanc non curant determinationē. sed cōtradictoriam
istius omnes apostoli dei sunt. xij. tenendo vt sit indiffinita assignant hāc. non omnes
apostoli dei sunt. xij. quia non est verius dare contradictionem nisi negationē prepo-
nere toti.

**Notandū secundo ꝙ postquā pe. his. ostendit quomo-**
do hoc signū omnis accipit dupl'r: consequēter disputat si hoc signū omnis ſcat ali-
quid. Et arguit primo ꝙ non. quia ~~maxime~~: qđ ſcat aut ſcat vl'e vel particulare. sed
omnis nec ſcat vl'e nec particulare. igit. maior est aristo. p̄mo periermeniaꝝ. qꝛ om-
nis res aut est vniuersalis aut particularis. Minor est aristo. p̄mo piermeniaꝝ. cum
ostendit ꝙ omnis non vniuersale est ſz vl'r conſcat. Et pbat. qꝛ omnis est sincathe-
gorema. mō sincathegoremata nō ſcant sed tm̄ conſcant. Unde ꝛ dicit sincathego-
rema ꝛ sin qđ ē con: ꝛ cathegorema ſcatiuū: quasi cum alio ſcatiuū ꝛ non per se. Mi-
nor ~~patz~~ omne vniuersale vel particulare est predicabile. vniuersale est predicabile
ꝓprie sumptū. particulare aūt ē p̄dicabile cōmuniter sumptū. modo omnis non ē pre-
dicabile. Ostendūt enim logici ꝙ sincathegorema per se nec ē subiectum nec predica-
tuz. nec pars subiecti nec pars predicati. In oppositum arguit pe. his. sic. Nihil dat
qđ non habz. sed sincathegorema dat ſcationem veritatis vl' falsitatis ꝓpōibꝰ. igitur
etiam per se aliquid ſcat. Maior est aristo. p̄mo elencoruz. Minor. qꝛ hec est vera.
animal est hō: nō apponendo signū vniuersale: sed ista est falsa. omne animal est hō
apponendo signuz vl'e. ꝛ per ꝯns concludit ꝙ hoc sincathegorema omnis aliquid si-
gnificat ꝛ importat aliq̄d in re. Dicit em̄ in p̄dicamētis. Ab eo ꝙ res est vl' nō ē orō
dr vera vel falsa. Pro huius dubij determinatione Sciēdum ꝙ ſcare capit dupliciter.
Uno modo ꝓprie ꝛ sic ſcare est rem per vocem ad placitū repꝛesentare. vt dixit pe.
his. in tractatu suppositionū Isto etiam mō aristo: cepit ſcare primo piermeniaꝝ cuz
dixit. Significare est intellectum rei constituere. Isto mō sincathegoremata nō signi-
ficant: quia non designant aliquā rem sed solū dispositiones rerū. ꝛ cōsignificant. Et
hoc voluit aristotiles primo piermeniaꝝ cū dixit. Omnis non est vniuersale sed vni-
uersaliter consignificat. Alio modo capitur ſcare cōmuniter ꝛ prout non distinguit
cōtra consignificare. ꝛ isto mō sincathegoremata dicunt ſcare. Unde ꝛ grāmatici di-
cunt ꝙ licet sincathegoremata non ſcant aliquid. id ē vnā rem. nec aliqua. id est plu-
res res. tamen ſcant aliqualiter id est conſcant. Petrus tamen hispanus pulchrius
distinguit. ꝛ dicit ꝙ duplex est res. Quedā ē res subijcibilis aut predicabilis. vt infe-
rius dicit res subijcibilis. ꝛ superius dicit res predicabilis. Omne enim superiꝰ pre-
dicat de suo inferiori vniuersaliter ꝛ affirmatiue. vt omnis hō ē animal. Alia aūt est
res que scilicet ē dispositio rei subijcibilis ꝛ p̄dicabilis. vt sunt sincathegoremata que
per se non significant rem subijcibilem nec predicabilem: significant tamē dispositio-
nes reꝝ subijcibilium ꝛ predicabiliuz. ¶ Sequitur corrollarie ex his dictis ꝙ sinca-
thegoremata ſcant rem secundo modo dictam ꝛ non primo mō. patz ex notabilibꝰ.

**Notandum tertio ꝙ Pe. hispa. ostendit in textu conse-**
quenter quomodo se habet terminus communis cui addit signuz vniuersale. ꝛ ostē-
dit ꝙ sincathegorema omnis in termino communi cui addit exigit tria appellata ſca-
ta vel supposita. Pro intellectione huius dubij dupl'r possumus intelligere ꝙ hoc si-
gnum omnis exigit tria appellata in termino communi cui additur. Primo actu. qn̄
terminus communis cui addit hoc signum omnis habz tria supposita actu. vt omis
homo est animal. iste terminus communis hō habz sub se multa supposita indiuidua-
liter ꝛ numero differentia. Scđo ꝙ terminus habet plura supposita aptitudine sue

forme: licet actu tm̄ habet vnum suppositū. vt sol habz tantū vnuz suppositū actu. tm̄ habet plura aptitudiue ratione forme solis. forma em̄ solis ⁊ quelibet forma specifica ⁊ aptitudine sue nature apta nata est multiplicati in multa. eo ꝙ omne vniuersale aptitudine nature sue est vnum in multis. vt dicit̄ p̄mo poste. Qꝛ autē forma solis non est multiplicata in multa: hoc est ratione materie ⁊ suscipientis formā solis. ⁊ sic non est defectus ex parte forme solis: sed est defectus ex parte materie ⁊ suppositorū que suscipiunt in se formā solis. Petrus autē his. in textu arguit ad ambas partes ꝙ omnis exigit tria appellata. Primo arguit sic. Omnis perfectio est in tribꝫ. primo celi. sed omne ⁊ perfectuz sunt idem. vt ibidem dicit̄. ⁊ per ꝯñs omne est in tribꝫ: quare concludit̄ ꝙ omnis exigit tria appellata. ¶ Arguitur scdo. De duobꝫ verum est dicere plures ⁊ non omnes ⁊ per ꝯñs omnis exigit tria appellata. In oppositum arguit sic. demonstratio debet esse ex ꝓpositionibꝫ vniuersalibꝫ ⁊ de omni. vt dicit̄ p̄mo posteriorꝫ. sed demonstrationes multe fiunt de sole ⁊ luna. vt ostendit̄ in scientia astronomie. ⁊ Ptolomeus hoc ostendit in almagesti. Constat autē ꝙ sol ⁊ luna soluz habent vnuz suppositiuz ⁊ per ꝯñs omnis non exigit tria supposita vl̄ appellata. Postea pe. his. suam intentionē circa hoc dubiuz ostendit. ⁊ dicit ꝙ hoc signum omnis non semp exigit tria appellata: sed solum tūc quando addit̄ termino qui habet plura supposita. vt omnis homo est animal. sed quando additur termino habenti solum vnuz suppositum tunc exigit vnum appellatum tantū. tamen hoc dubium conuenientius soluit̄ ſm illud qd̄ dictum est in notabili: ꝙ omnis exigit tria appellata actu vel aptitudine. ¶ Sequitur corollarie ꝙ falsa est aliquorꝫ positio qui dicunt ꝙ quando hoc signum omnis additur termino habenti tm̄ vnum suppositum actu: tunc ad verificanduz talem ꝓpōnem est recurrenduz ad non ens. vt hic omnis fenix est. ⁊ dicunt ꝙ valz tantum hec ꝓpositio. omnis fenix qui actualiter viuit ille est ⁊ duo fenices qui actu non sunt. sed hoc falsum est. Ratio quia terminus communis supponens vel apponens verbo presentis temporis non habenti vim ampliandi nec ex se nec ab alio restringitur solum pro p̄sentibꝫ ⁊ existentibꝫ. ⁊ per consequēs in ista. om̄is fenix est hoc subiectum fenix accipit̄ solum pro p̄sentibꝫ ⁊ existentibus: ⁊ non pro illis fenicibus qui non sunt. ⁊ per ꝯñs in ista. omnis fenix est. fenix solum distribuitur pro presentibꝫ ⁊ existentibus: distributio enim termini passiua sequitur suppositionem termini vt dictum est in libro suppositionum:

**Notandum quarto ⁊ vltimo ꝙ Pe. his. mouet duo sophismata in textu.** Primuz sophisma est. omnis hō est ⁊ qd̄libet differēs ab illo ē nō hō. Qd̄ sophisma ꝓbat ⁊ improbat ad vtramqꝫ partē. Et primo ꝙ sophisma sit verꝫ arguit sic. Omnis ꝓpositio hippotetica copulatiua est vera: cuius ambe partes sunt vere. Sed sophisma ꝓpositu est vna ꝓpō hippotetica cuius ambe partes sunt vere. igit̄ sophisma ꝓpositū est verum. Maior est nota: quia ad veritatem copulatiue affirmatiue requiritur vtramqꝫ partē esse veram. Minor etiā est v̄a. prima em̄ pars sophismatis est. omnis homo est. valz enim tm̄. omnis hō est ens. Sed ꝙ secūda pars sophismatis sit vera. scz qd̄libet differens ab illo est nōhomo. patz quia valz tantum qd̄libet ens differens ab homine est nonhomo. ⁊ hoc est verum. lapis enim est differens ab homine: ⁊ lapis est nonhō. sil̄r asinus est differens ab homine: ⁊ asinus ē nō homo. ⁊ sic de singulis. In oppositum autē ꝙ sophisma sit falsum. arguit sic sylogistice. Omnis hō est ⁊ qd̄libet differens ab illo est non homo. sed socrates est hō ergo qd̄libet differens a socrate est nōhomo. conclusio est falsa. quia plato est differens a socrate. sunt enim diuersi homines. modo diuersi homines differunt inter se. Et minor est vera. scz socrates est homo. Cōcluditur ergo ꝙ maior est falsa. que est sophisma ꝓpositum. scz omnis homo est ⁊ qd̄libet differens ab illo id est homine est non hō

Postea pe.hisp.cõcludit ꝛ ōr q̃ sophisma ꝓpositũ est simplr vex.ꝛ eius improbatio q̃ esset falsus peccat penes fallam ꝑtis q̃ dedūcit. Rō qz virtualiter arguit in ei⁹ improbatiõe a supiori ad inferi⁹ affirmatiue: q̃ ꝑa nō vz. Nō ei sequit aial currit.ergo hō currit.stat em̃ añs esse vex sine ꝑte: qđ ē cōtra naturã ꝑtis bone. Dicuz em̃ ē in tractatu fallaciaꝝ circa fallam ꝑtis: q̃ qñ arguit ab inferiori ad superi⁹ ꝛ sine distributione ꝑa bñ vz: vt hō currit ḡ aial currit. Sz si ecōuerso arguit a superiori ad inferi⁹ affirmatiue ꝛ sine distributione: ꝑa nō valz.ꝛ sic est in ꝓbatiõe hui⁹ sophismatis. Pro q̃ intelligẽdo Notandũ ē q̃ pe.his.in textu vult q̃ differẽs ab omni hoie est. in minus ꝛ inferius respectu hui⁹ qđ est dr̃ñs a socrate. differẽs em̃ ab oñi homine solũ supponit ꝓ reb⁹ alijs ab hoie q̃ nō continent sub specie hnmana vt ꝓ asino lapis de hirco ꝛ alijs reb⁹ q̃ essentialiṫ differũt ab hoie. Sz differẽs a socrate nõ supponit ꝓ his q̃ sunt alia ab hoie sed etiã ꝓ omnib⁹ hoib⁹ alijs q̃ non sunt socrates: ꝛ sic differẽs a socrate est superi⁹ ꝛ plus ꝯcat q̃ differẽs ab homine. ¶ Sequit corrollarie ꝓmo q̃ ista ꝑa bñ valet fm pe.his. hoc est differẽs ab omni homine. igit hoc est differẽs a socrate. tenet ꝑa a parte subiectiua ad suuz totuz siue ab inferiori ad superius. ¶ Sequit corrollarie scõo fm pe.his. q̃ iste ꝓcessus ꝛ argumetatio nō vz differẽs ab oñi hoie est. igit dr̃ñs a socrate ēz ibi cõmittit fallꝫ ꝑtis: qz arguit ab inferiori ad superi⁹ vt distributiue sz nō ecōuerso. Sequit corrollarie tertio q̃ ista argumẽtatio fm pe.his. bñ vz. oĩs hō ē. ergo socrates est. qz arguit a toto in q̃titate ad suã partẽ. ¶ Sequit corrollarie quarto q̃ sicut ista argumẽtatio non valz. oĩs hō est. ergo oĩe aial est. sic etiã hic non sequit. hoc nō est differens ab oñi hoie. igit hoc est differẽs a socrate. qz arguit ab inferiori ad superi⁹ cũ distributione. Alij tñ logici cõtradicũt pe.his.ꝛ dicũt q̃ in ista hoc ē dr̃ñs ab oñi hoie. homine supponit determinate. qz duo signa distributiua. s. differẽs ꝛ omni ipediũt. se sup eodẽ termino cõi scz hoie in ꝓpositione nõ vñ sz singulari. ꝛ sic dicũt q̃ homine supponit determinate. Et isti dicũt q̃ sophisma ꝓpositũ est simplr falsuz. qz est vna copulatiua cui⁹ vna pars. s. scõa ē falsa ꝛ sic vz tm̃. oĩs hō ē ꝛ qlibet dr̃ñs ab omni hoie. i. certo hoie est nō hō. qz ibi homine supponit determinate ꝓter duo signa. scz dr̃ñs ꝛ oñi sup illo termino homine. ꝛ sic vz tm̃ q̃ qlibet dr̃ñs vt hoc⁹ petr⁹. ab oñi homine. i. certo hoie: vt socrate est nō hō mō h̄ est falsuz. Defẽdẽdo tñ positionẽ. pe.his. ita dicẽdũ essz vt cōrollaria ostendũt. Sophisma fm q̃ pe.his. in textu adducit ē hoc. Oĩs hō ꝛ al⁹ hō sũt. Et arguit ꝓ ꝛ cõtra. ꝛ ꝓmo arguit q̃ sophisma sit vex. ꝑbaꝫ qz sequit bñ. socrates ꝛ al⁹ hō sunt vt plato cicero. ꝛ al⁹ hō sũt vt petr⁹: ꝛ sic de singulis. ergo oĩs hō ꝛ al⁹ hō sũt. tenz cõsequẽtia ab inducentib⁹ ad inductã. arguere em̃ ab inducentib⁹ ad inductã ē ꝑa bona vt ōr scõo ꝓ oz. In oppositũ aũt arguit sic. Sophisma est falsuz. ꝑbaꝫ quia equivalet vni false. ergo est falsuz. qz de eq̃ualentib⁹ idē est iudiciũ: añs ꝑbaꝫ. qz valez tm̃ q̃ omnis hō. ꝛ alter hō qui esset al⁹ ab omni homine essent. modo hoc est falsum null⁹ enz est hō qui esset al⁹ ab omni homine: qz tũc esset etiã al⁹ a seipo. mō idem nō est aliud a seipo: sed omne ens est idem sibi ipsi. vt ostendit. v. metaph. Q̃ aũt predicta ꝓpõ valeret tm̃ patz: qz alius est relatiuũ diuersitatis: ꝛ per cõsequens supponit ꝓ diuerso ab homine. Relatiuum em̃ diuersitatis: vt dictum est in tractatu de relatiuis: supponit pro alia re ꝯ suuz añs. Petrus his. soluens hoc sophisma dicit q̃ ipsum est simpliciter falsuz: ꝛ dat duas causas quare eius ꝓbatio non concludit. Prima qz in eius probatione primo committit fallacia figure dictionis. Fallacia enz figure dictionis fit fm eius modũ: quando scz fit ꝓcessus a pluribus suppositionibus determinatis ad vnã. vt hic. animal est socrates. animal est plato ꝛ sic de alijs. ergo animal ē omnis homo. In quo ꝓcessu añs est verus ꝛ consequens falsum. ꝛ sic contingit in ꝓbatione sophismatis ꝓpositi. quia iste terminus alius homo tam in inducentib⁹ vel premissis ꝯ in inducta vel conclusione habet suppositionẽ determinatã. Scõa cau-

sa quare ꝓbatio sophismatis non concludit. quia in sophismatis ꝓbatione cõmittit fallacia accidentis. Unde Fallacia accidentis generaliter fit qñ sunt duo quorum vnũ sequit ad aliud siue cõuertibiliter vt risibile ꝛ hõ. vel nõ conuertibiliter vt homo ꝛ animal. Et si aliquod ꝓdicatũ cõuenit vni ꝛ non alteri. tamẽ ꝓpter sequelaꝫ illoꝝ duoꝝ ad inuicem q̃ etiam illud predicatum tertiũ quod vni conuenit etiam alteri debet conuenire: vt homo ꝛ risibile habent se sic q̃ vnum sequitur ad aliud conuertibiliter quia omnis homo est risibilis ꝛ econuerso omne risibile est homo. Risibili autez conuenit hoc predicatum esse ꝓpꝛium quarto modo. crederet aliquis q̃ hoc predicatũ esse ꝓpꝛium quarto modo etiam conueniret homini ꝛ argueret sic: Omnis homo est risibilis. risibile est ꝓpꝛium quarto modo. ergo homo est ꝓpꝛium quarto modo. Similiter hic. omnis homo est animal. ꝛ animal est genus. ergo homo est genus. Similiter hic. homo est substãtia. ꝛ substãtia est genus generalissimum. ergo homo est genus generalissimuꝫ. In omnibꝫ enim istis argumentationibꝫ ꝛ similibus committitur fallacia accidentis. Et hec regula diligentissime est memoꝛanda. quoniam semper in sequentibꝫ pe. his. allegabit eam. In ꝓbatione itaq̃ sophismatis ꝓpositi committitur fallacia accidentis. quod declarat petrus hispa. sic. quia licet ista singularia socrates plato ioannes petrus paulus ꝛ alia singularia inferunt seorsum se omnẽ hominez. quia bene sequitur ioannes currit ꝛ petrus currit ꝛ sic de singulis. ergo omnis homo currit. tenet consequentia ab inducentibus ad inductam. Tamẽ ista singularia sub hac copulatione que est omnis ꝛ alius homo sunt. ꝛ mediante relatiuo diuersitatis. quia non sequitur plato ꝛ alius homo sunt. vt socrates ꝛ petrus. ꝛ alius homo sunt vt paulus. ꝛ sic de singulis. ergo omnis homo ꝛ alius homo sunt. quia premisse vel inducentes sunt vere ꝛ conclusio vel inducta est falsa. quia valeret q̃ esset aliquis homo qui esset alius ꝛ diuersus a quolibet homine. ꝛ sic talis esset alius ꝛ diuersus a seipso: qõ est impossibile. quia idem non est diuersum a seipso. vt dictum est ante . ¶ Tertium sophisma quod petrus hispanus proponit in tertio est hoc. Omnis homo est omnis homo. Quod similiter ꝓbat ꝛ improbat. Probat primo sic. quia sequitur bene. socrates est socrates. ꝛ plato est plato. ꝛ ioannes est ioannes ergo omnis homo est omnis homo. tenet consequentia ab inducentibus ad inductam. secundo ꝓcedum. Secundo probat sic. Omnis propositio est vera in qua idem predicatur de seipso. sed in ista omnis homo est omnis homo. idem predicatur de seipso. igitur ista est vera. omnis homo est omnis homo. Maioꝛ est Bobetij qui ostendit q̃ nulla ꝓpositio est verioꝛ illa in qua idez predicatur de seipso. Minoꝛ quia omnis homo predicatur de omni homine. Improbat autem sophisma propositum sic. Contradictoꝛium sophismatis est verum. igitur sophisma propositum est falsum. tenet consequentia per legem ꝛ naturam contradictoꝛiarum. que est talis q̃ si vna contradictoꝛiarum est vera: alia necessario est falsa. Sed antecedens patet q̃ contradictoꝛia sophismatis sit vera quia ista est eius contradictoꝛia. quidam homo non est omnis homo. ꝛ hec est vera. plato enim non est omnis homo: nec socrates est omnis homo. Individua enim speciei humane sunt distincta numero. Secundo improbat sic. quia sequitur bene. omnis homo est omnis homo. socrates est homo. ergo socrates est omnis homo. tenet consequentia in darij. modo conclusio est vera. ergo aliqua premissarum. ꝛ non minoꝛ ergo maioꝛ que est sophisma propositum. Petrus autem Hispanus soluens propositum: dicit q̃ ipsum est simpliciter falsum Cuius ratio est ista. dicitur enim primo perhermeniarum. q̃ omnis propositio est falsa in qua predicatur vniuersale vniuersaliter sumptum in propositione affirmatiua. vt homo est omne animal. Et hoc contingit in proposito quia hoc vniuersale homo predicat ꝛ sumitur vlr cum isto signo omnis. dicẽdo omnis homo. ꝛ per ꝛõs hec est falsa:

omnis homo est omnis hō. Et dicit pe.his.q̄ probatio sophismatis nō valet. sed peccat penes fallaciam ꝯñtis. que fallacia ꝯñtis fit quando non fit sufficiens ⁊ cōpleta inductio ⁊ pertinens singularium respectu vniuersalis. qđ contingit in ꝓposito. deberet ergo inductio singulariū sic fieri. socrates est omnis homo. plato est om̄is hō. ⁊ sic de alijs: ergo omnis hō est omnis hō. modo omnes inducentes sunt false ⁊ per ꝯñs etiā inducta. ¶ Sequitur corrollarie q̄ in ista. omnis hō est omnis hō: non predicatur idem de seipso: quia plus est predicatum q̄ꝫ subiectum. predicatuꝫ eniꝫ est hoc totum omnis hō et subiectum solum est homo. Est enim regula logice q̄ sincathegorema positum a parte predicati est pars predicati. sed sincathegorema positū a parte subiecti non est subiectum nec pars subiecti. Cuiꝰ ratio est ista. qꝛ sincathegorema positum a parte predicati solum habꝫ determinare vnum qꝛ predicatum. sꝫ sincathegorema positum a parte subiecti habꝫ determinare duo qꝛ subiectum ⁊ etiam predicatum. vnū immediate ⁊ aliud mediate. ⁊ sic qua ratione esset pars vnius eadeꝫ ratione esset etiam pars alterius. Pe.his. tamen dicit q̄ in ista. omnis hō est omnis hō: non p̄dicat̄ ideꝫ de seipso. sꝫ predicat̄ omnis hō vniuersaliter sumptꝰ de hoīe sumpto particulariter vel singl̄r ꝓ qualibꝫ sua parte subiectiua vel inferiori. ⁊ oīs talis est falsa. ex aristotile primo periermeniaꝝ. Istis notabilibꝫ sic stantibus est.

## Conclusio responsalis. Determinatio pe.his. de signo

vniuersali om̄is ⁊ de his que circa eius determinationē dicta sunt sufficienter sunt assignata. Patꝫ veritas cōclusiōis ex determinatiōe eoꝝ q̄ dicta sūt in notabilibꝫ.

**Arguitur** p̄mo. opposita non conueniūt vni. sꝫ colligere ⁊ distribuere sūt opposita. ergo hoc signum omnis non pōt teneri distributiue ⁊ collectiue. Minor. quia opposita ⁊ cōtraria expellunt se. ⁊ est aristo. in postpredicamentꝫ ⁊. vi. topicoꝝ. Maior est sil̄r nota. ¶ Dico veꝝ argumentū concludit q̄ opposita non conueniūt vni respectu eiusdem: sed bene respectu diuersoꝝ. Et sic contingit in ꝓposito. qꝛ signū vl̄e om̄is in singulari numero vt in plurimū capit̄ distributiue. in plurali aūt numero collectiue. qñ itaq̄ signū vl̄e omnis denotat p̄dicatū cōuenire subiecto coniunctim tūc tenet̄ collectiue. vt oēs ap̄li dei sūt duodecim. Qñ aūt denotat predicatū cōuenire subiecto diuisiꝫ tūc tenet̄ distributiue. ⁊ sic hoc est respectu diuersoꝝ.

**Arguitur** scđo. hoc signū omnis nō tenet̄ distributiue. igit̄ ꝓbatur añs. Omne agens agit ꝑm dispositionem materie. vt đr. ij. de anima. Actus actiuoꝝ sunt in patiente bene p̄dispositio. sꝫ termin⁹ cōmunis cui addit̄ signum vl̄e om̄is semper colligit multa. igit̄. Minor est porphirij dicentis q̄ tam species q̄ꝫ genus colligit multa. licet genus plura colligit q̄ꝫ species: ⁊ per cōsequēs signū vniuersale additum termino communi semper capitur collectiue: ¶ Dico verum argumentū concludit q̄ quilibet terminus communis colligit multa supposita in vnaꝫ naturam cōmunē potentia. vnde dixit porphirius. Participatione speciei omnes hoīes sunt vnꝰ homo. sed signū vl̄e collectiuum colligit plura supposita actualiter respectu alicuius predicati qđ ipsis collectim conuenit.

**Arguitur** tertio. hoc signum vniuersale omnis non ꝑcat dispositionem rei subijcibilis vt dicitur in textu. igit̄. ꝓbatur añs. omnis dispositio termini subijcibilis addita in maiori debet reiterari in minori. Sed hoc signum omnis non potest reiterari in minori. igitur omnis non est dispositio rei subijcibilis. Maior quia sic arguendo. omnis hō albus currit. iohs est hō albus. igit̄ iohs currit. hoc adiectiuuꝫ albus qđ est determinatio ⁊ dispositio subiecti in maiori etiam reiteratur in minori. Minor probatur. quia tunc impediretur forma debita sylogistica arguendi. vt hic. omnis homo est animal. socrates est omnis homo. ergo socrates est animal.

¶ Dico verum argumentū concludit q̄ dispositio subiecti posita in maiori absoluta

debz reiterari in minori. vt albꝰ niger ⁊ similes. sed dispositio respectiua que est subiecti ad predicatum. vt omnis nullus ⁊ alia siue athegoremata non debēt reiterari. mō omnis est dispositio subiecti respectiua in ordine ad predicatū. quia denotat ꝙ predicatū debet cōuenire om̄ibꝰ suppositis ꝑ quibꝰ distribuitur subiectum.

**Arguitur** quarto. dispositio subiecti posita in maiori potest reiterari in minori. probatur sic arguendo in fapesmo. omnis homo est totum in quantitate. nullus asinus est omnis homo: igitur quoddam totum in quantitate non est asinus. ¶ Dico ꝙ hoc argumentum non est in fapesmo quia maior non est vniuersalis sed singularis non singularitate termini singularis sed singularitate suppositionis: Tamen logici communes dicunt ꝙ maior est indiffinita ⁊ valz tm̄ hoc complexum omnis homo est totum in quantitate: Totum em̄ in quantitate est terminus communis sumptus cum signo vniuersali. ¶ Sequitur corrollarie ꝙ licet in ista argumentatiōe. omnis sol lucet: ⁊ iste sol est omnis sol. ergo iste sol lucet. dispositio subiecti posita in maiori repetitur in minori: tm̄ quia argumentum non est formale sed materiale nō repugnat his que dicta sunt.

**Arguitur** quinto. signum vniuersale semper exigit tria ⁊ plura appellata inferiora ⁊ supposita. ergo determinatio pe. his. nō valz. quia q̄ dic̄ aliquādo debet habere plura supposita ⁊ aliquando nō. probatur sic. quia sequeretur ꝙ tali termino qui non haberet plura supposita non deberet addi signum vniuersale qd̄ falsum est. cōgrue eniz dicimus. omnis sol. omnis luna. omnis mundus. probatur sic sequela. quia sicut est de termino singulari ita est de termino qui habet vnū suppositū actu. sed termino singulari non additur signum vniuersale. igitur nec termino qui habet vnum suppositum actu. maior patz ex conueniēti similitudine. quia vterqꝫ illoruz terminorum soluz haberet vnum ſcatum. ⁊ per ꝯñs qua ratione non additur vni eadem ratione nec alteri. Minor est aristo. v. metaph̄. cum dicit Nemo dicit bene omnis socrates. ¶ Dico verum argumentum concluderet si esset simile de termino singulari ⁊ de termino communi habente vnuz suppositū actu. sed est magna diuersitas ⁊ est ratio qꝛ terminꝰ singularis nō habet plura supposita nec actu nec aptitudine. sz terminus communis vt sol vel luna licet habet vnum suppositū actu: tamen potest habere plura aptitudine ratione forme sue ⁊ nature. vt dictū est prius.

**Arguitur** sexto. hoc signum omnis in termino cōmuni cui additur exigit plura appellata: ⁊ non sufficit vnum. vt dicit pe. his. in textu. probatur. plus requiritur ad verificationem ꝓpōis vniuersalis q̄ꝫ particularis. sed ad verificandaz ꝓpōnem particularē requiritur existentia vnius singularis ⁊ vniꝰ suppositi. ⁊ per cōsequens ad verificandum ꝓpositionem vl'em requiritur existentia plurium suppositorum. quare requiritur ꝙ hoc signum vniuersale omnis in termino cōmuni non exigit tm̄ vnū suppositū vt d̄t pe. his. in textu. ¶ Dico verū argumentū concludit ꝙ ad verificandā ꝓpōnem vl'em requiruntur plura supposita. verum est quando in ꝓpositione vniuersali subijcitur terminꝰ communis qui habet plura supposita actu quod non est in proposito.

Notandū tertio ꝙ pe. his. in textu assignat quinq̄ regulas de ꝓpositionibꝰ exceptiuis. Prima omnis exceptio ꝓprie dicta debet fieri a toto in q̄titate terminus cōmunis sumptus cū signo vl̄i affirmatiuo siue etiā negatiuo de affirmatiuo. vt omnis homo. de negatiuo. vt nullus hō. Fit aūt exceptio aliquādo a parte subiecti vt omnis hō preter socratem currit. qñq̄ fit a parte predicati: vt socrates. scit omnē scientiā preter dyalecticā. ¶ Sequit̄ corrollarie ꝙ ista est exceptiua improprie dicta. homo preter socratem currit. simil̄r ista iohs preter socratez currit. aliquis homo p̄ter socratē currit: patz quia exceptio nō fit a toto in quantitate. ¶ Secūda regula. Dictio exceptiua non impedita: terminū cōmunē sup quē fertur ⁊ cadit facit supponere simpl̄r. vt omne animal preter hominē est irrationale. hominez supponit simpl̄r. ſm logicam tñ cōmunē pars extra capta sequēs. dictionē exceptiuā supponit confuse distributiue immobiliter. Dico notāter in regula terminus cōmunis supra quem cadit signū exceptiuū: quia terminus singularis sequēs signū exceptiuū supponit discrete. ¶ Sequitur corrollarie ꝙ sub termino supponente simpl̄r captus dictionē exceptiuā nō contingit fieri descensuz. Ratio qr descensus fit ad singularia. terminus aūt cōmunis sequens signuz exceptiuum non accipitur pro singularibꝰ: sed pro natura cōmuni. vnde non sequit̄ omne animal preter hominē est irratiōale. ergo omne animal preter istū hominē. ⁊ istū hominē est irrationale. descensu enim vel prima esset vera. descendentes aūt false. ¶ Sequit̄ corrollarie secūdo ꝙ omnis ꝓpositio q̄ est in parte vera ⁊ in parte falsa pōt verificari per exceptiuā. Vnde ꝓpositio ista d̄r in parte vera ⁊ in parte falsa cuius alique singulares sunt vere ⁊ alique false. vt omne animal est rationale. ipsa enim est vera pro hominibꝰ. falsa aūt pro brutis ⁊ ꝓ animalibꝰ que non sunt homines. Cū itaq̄ ab ista. omne animal est rōnale excipiuntur supposita quibꝰ predicatū non conuenit. tunc talis ꝓpositio est vera ⁊ verificatur sic. omne animal preter brutū est rationale. sic etiā ista verificatur. omne animal est irrationale. omne animal preter hominē est irrationale. simil̄r ista. omne animal fuit in archa noe. omne animal qd ante diluuium non est mortuum nec in diluuio submersuz

nec post diluuium genitū fuit in archa noe.

**Notandum quarto ⁊ vltimo Petrus hispanus in tex**tu ponit tres regulas de expositione ꝓpositionum exceptiuarum Prima est ista. Uniuersalis exceptiua affirmatiua exponitur per tres exponentes copulatiue sic ꝙ exponentes tales debent coniungi copulatiue per coniunctionem copulatiuam quaruz ꝑma est vna affirmatiua in qua predicatum affirmatur de subiecto sumpto cum isto addito aliud ab homine. Scd̄a debet esse affirmatiua in qua terminus a quo fit exceptio debet predicari affirmatiue de parte extra capta. Tertia debet esse vna negatiua in qua predicatū ꝓpositionis predicat̄ de parte extra capta vt ista omne animal ~~aliud ab~~ homine est irrationale. exponit̄ sic. omne animal ~~aliud ab~~ homine est irrationale ⁊ omnis homo est animal. ⁊ omnis hō est animal ⁊ nullus homo est irrationalis. ¶ Secunda regula est ista. Uniuersalis negatiua exceptiua exponitur copulatiue per tres exponentes quaꝝ prima est negatiua in qua predicatum negat̄ de subiecto sumpto cuz ly aliud ab illo. secunda est affirmatiua in qua terminus a quo fit exceptio affirmatur de termino qui excipitur vel de parte extra capta. Tertia est affirmans vel vna affirmatiua in qua predicatū vere enunciatur de termino qui excipit̄ vt ista nullū animal preter hominē est rationale exponit̄ sic. nullū animal aliud ab homine est rationale. ⁊ omnis hō est animal. ⁊ omnis hō est rationalis. ¶ ~~Sequit̄ corrollarie~~ ꝙ cōtradictorie istaꝝ exceptiuaꝝ debēt exponi disiunctiue per tres exponentes que contradicūt exponētib⁹ ꝑdictis vt ista. non nulluz animal preter hominē currit. exponitur sic. Aliqd̄ animal aliud ab homine currit vel aliquis hō nō est animal vel aliquis homo non currit. Sic etiam dicendū est de ista. Non omne animal ꝑter hominē est irrationale exponitur sic. omne animal ~~aliud ab~~ homine est irrationale vl̄ nullus homo est animal vel omnis hō est irratiōalis. Sicut em̄ se habet exposita ad expositam in oppositione. sic se etiam debent habere exponentes ad exponētes in oppositione. Istis notabilib⁹ sic stantib⁹ est.

**Conclusio responsalis ista littera pe. his. ⁊ eius deter**minatio de ꝓpositionib⁹ exceptiuis est sufficienter assignata. Ueritas huius conclusionis patet ex his que dicta sunt.

**Arguitur** primo. Preter non est signū exceptiuū igit̄. ꝓbat̄ añs. signū exceptiuū tenet̄ exceptiue. sed preter non tenet̄ exceptiue igit̄. Maior est nota. quia res non absoluit̄ a sua ꝓprietate naturali. Minor patz in ista. tu teneris decem grossos preter expēsas. q̄ valz tm̄. tu teneris decē grossos ⁊ vltra hoc teneris soluere expensas. hic nulla est exceptio. ¶ Dico verum argumentū concludit ꝙ hoc signum preter exceptiue tentuz facit ꝓpōnem exceptiuaz. sed hic non tenetur exceptiue in exemplo ꝓposito. sed additiue vel adiunctiue.

**Arguitur** scd̄o. exceptio non fit a toto in q̄ntitate ergo littera. pe. his. non valet ꝓbat̄ añs in ista. iohs ꝑter socratē currit. simil̄r hic. homo preter socratez est rationalis. que sunt exceptiue ⁊ in ipsis nō fit exceptio a toto in q̄ntitate. Dico ꝙ omnis exceptio debet fieri a toto in quantitate. verum est de exceptione proprie dicta. modo iste non sunt exceptiue proprie dicte.

**Arguitur** tertio. exceptio ꝓprie dicta non fit a toto in q̄ntitate. ergo ꝓbatur añs. qꝛ exceptio ꝓprie dicta fit a toto integrali vt totus ethiops est niger ꝑter dētes. ¶ Dico ꝙ totū integrale hic cōprehēdit̄ sub toto in q̄ntitate rōne cōuenientie. qꝛ in vtroqꝫ partes acctualiter sunt in toto. Alij tamē dicūt per totum in quantitate in ꝓposito intelligitur terminus cōmunis distributus.

**Arguitur** quarto. Nō om̄is exceptio fit a toto in quātitate. ꝓbat̄ qꝛ tūc sequeretur ꝙ om̄is exceptiua esset vl̄is affirmatiua. qꝛ totū in q̄ntitate est ter

min⁹ cōis distribut⁹ q̄ est subctm̄ in vl'i affirmatiua. Sz hoc est falsuz ꝙ exceptiua ē vl'is. ꝑbat̄ ꝓpō vl'is pōt esse maior in darij. sz exceptiua nō pōt esse maior in darij igit̄ Maior est aristo. ꝑmo prior. Minor patz qz tūc ex vero sequeret̄ falsuz qđ est contra aristo. scđo ꝑor. vbi ꝑbat ꝙ ex vero nihil seqnit̄ nisi verꝝ. ꝑbat̄ sequela qz bene sequeret̄ oīs hō ꝑter socratē currit. sz plato est hō ꝑter socratē. ergo plato ꝑter socratez currit. Maior ⁊ minor sūt vere cōclusio est falsa. qz ꝯns designat ꝙ ista esset exceptiua plato preter socratē currit qđ est falsuz. ¶ Dico verꝝ argumētū cōcludit ꝙ ꝓpō exceptiua ꝓprie dicta est vl'is. sz si volumus arguere in darij vbi maior debet esse vl'is tūc signū exceptiuū in minori debz mutari in hoc signū aliud. vt in ista. omne animal ꝑter hominē currit. asinus est animal aliud ab homine igit̄ asinus currit.

**Arguitur** quinto. Terminus extra capt⁹ non supponit simpl'r igit̄. ꝑbat̄. qz terminus q̄ supponit simpl'r supponit pro natura cōmuni: sed in ista oē animal ꝑter hominē currit. iste terminus cōmunis hō nō supponit pro natura cōmuni igit̄. Maior patz ex diffinitiōe suppositiōis simplicis. Minor patz qz termin⁹ supponēs in ordine ad certū actū supponit pro suppositis. Dicitur enim primo metaph. Actus sunt suppositorꝝ. Sz in ista. oīe animal ꝑter hominē currit. Iste termin⁹ hominē supponit ⁊ accipitur in ordine ad actū currēdi ⁊ ꝑ ꝯns poti⁹ supponit ꝑsonal'r ꝑ suppositis q̄z simpl'r ꝑ natura cōmuni. ¶ Dico verꝝ argumētū cōcludit ꝙ in ꝓpōne exceptiua termin⁹ extra capt⁹ nō supponit simpl'r absolute. sz supponit simpl'r in ordine ⁊ habitudine ad sua supposita.

**Arguitur** sexto. Termin⁹ extra capt⁹ nō supponit simpl'r. ꝑbat̄ in ista. oīs hō videt oēm hoīem ꝑter se. termin⁹ extra capt⁹ ē hoc ꝓnomē se. ex quo signū exceptiuū ꝑter addit̄ ei. Qꝛ aūt se nō supponit simpl'r. ꝑbat̄ qz supponit cōfuse distributiue. ꝑbat̄ qz relatiuū debz supponere sicut suū añs. sz añs hoīem supponit cōfuse distributiue rōne huius signi scz oēm. ergo etiā relatiuū se supponit confuse distributiue Maior qz relatiuū capit suppōnez suā ab añte. Minor est nota. ¶ Dico verꝝ argumentum concludit ꝙ terminus extra captus supponit simpliciter sequens signū exceptiuū. verum est quando terminus extra captus est terminus absolutus ⁊ nō relatiuus. modo se est relatiuum.

**Arguitur** septimo. Propō exceptiua ꝓprie dicta nō est vl'is igit̄. ꝑbat̄ añs. In ꝓpōne vl'i est dici de omni aut dici de nullo. in affirmatiua est dici đ omni. in negatiua dici de nullo. Sed in exceptiua affirmatiua non est dici de omni igit̄. probat̄. Ad dici de omni requiritur ꝙ predicatum dicatur de quolibet supposito subiecti. sed in exceptiua affirmatiua hoc non fit igitur. Maior est aristo. primo ꝑor. Minor patet in ista. omnis homo preter socrates currit. hoc predicatum currens dicit̄ de quolibet homine excepto socrate. ⁊ tamē vtiqz socrates continet̄ sub homine. ¶ Dico ꝙ maior intelligit̄ de vniuersali cōpleta que non est exceptiua sed exceptiua affirmatiua vel etiā negatiua est vniuersalis non simpliciter ⁊ cōpleta vnde vl'is cōpleta est in qua predicatum dicit̄ de oīb⁹ suppositis subiecti vt omnis homo est animal Sed incompleta est in qua predicatum dicit̄ de aliquibus suppositis subiecti ⁊ non de omnib⁹ vt in exceptiua affirmatiua.

**Arguitur** octauo ⁊ vltimo ꝓpō exceptiua ꝓprie dicta non est vl'is igit̄. ꝑbat̄. in vl'i siue affirmatiā siue negatiua subctm̄ supponit cōfuse distributiue sub q̄ fit descēs⁹ sz sub subiecto vl'is exceptiue non potest fieri descensus igit̄ Maior est nota ex dictis in tractatu suppositionuz ⁊ patet inductiue in istis. omnis hō currit in quib⁹ subiecta supponūt confuse distributiue ⁊ sub eis fit descensus Minor est pe. his. in textu. ¶ Dico ꝙ maior intelligitur de vniuersali completa ⁊ simpl'r vl'i ⁊ non đ vniuersali exceptiua Alij tamē dicunt ꝙ sub subiecto exceptionis fit descensus sz non sub subiecto totius ꝓpositionis primū est melius ⁊ verius.

# De Exponibilibus

## Articulus sextus est de propositionibus reduplicatiuis ⁊ verificatione ꝓpõnum reduplicatiuaꝝ. Queritur vtrũ determinatio pe. his: de ꝓpositionib⁹ reduplicatiuis sit sufficienter posita:

PRo intellectione questionis mote. Notandũ est primo Qꝝ ꝓpõ reduplicatiua est ꝓpositio cathegorica in qua ponit̃ signũ reduplicatiuũ reduplicatiue tentuꝫ vt omnis homo inq̃tũ rationalis est risibilis signa aũt reduplicatiua sũt que important rationẽ ꝑm q̃ alteri aliquid attribuitur In qua diffinitione nihil ponitur pro genere expresse implicite tamẽ ponitur sincathegoremata vt sit sensus dictiones reduplicatiue sunt sincathegoremata que important rationẽ ꝑm q̃ aliquid alteri attribuit̃ Pro differentia ⁊ loco differentie ponuntur iste particule que important rõnez. per has enim dictiones distinguuntur dictiones reduplicatiue ab alijs sincathegorematib⁹ que talem rationẽ non important Sũt aũt dictiones reduplicatiue. inq̃tuꝫ: vt sic: ea rationẽ. ⁊ similes. Ad ꝓpositionem aũt reduplicatiuã requirunt̃ quattuor Primo subiectũ principale. scdo predicatũ principale. tertio dictio reduplicatiua. quarto requiritur terminus reduplicatus. quinto ⁊ vltimo presupponitur copula que vnit predicatum cũ subiecto. vt omnis homo inq̃tũ animal est sensibilis. homo est subiectuꝫ principale. sensibile est predicatũ principale. inq̃tum est dictio reduplicatiua al' aũt est terminus reduplicatus. hoc aũt verbum est. est copula principalis.

## Notandũ secundo ꝙ signum reduplicatiuum tenetur

duplicter. Uno modo specificatiue: qñ scꝫ specificat rationẽ ⁊ causaꝫ ꝑm quam predicatum inest subiecto. vt ego diligo fratrem meũ inq̃tum est studiosus. Et isto mõ signum reduplicatiuũ capitur ꝑmo phicoꝝ. cũ dr infinitum ꝑm ꝙ infinitum est ignotuꝫ Similiter in ista methaphica speculatur ens inq̃tum ens. ⁊ isto modo cõmuniter capitur in locutionib⁹ cõmunib⁹. ⁊ sic non facit ꝓpõnem reduplicatiuã: sed facit ꝓpõnez de reduplicato extremo. Secundo signum reduplicatiuũ tenetur reduplicaitue. ⁊ sic facit ꝓpõnem reduplicatiuã: ⁊ sic tenetur quattuor modis. Primo vt importat sequelam vel cõcomitantiam: qñ scꝫ denotat predicatum principale sequi ex dictione reduplicata. vt homo inq̃tũ rationalis est risibilis. ⁊ isto modo ista est vera. Rõ quia rationale est causa per se ipsius risibilis: risibile enim sequitur animal rationale sicut effectus ꝓprius sequitur suam causam. Secũdo signũ reduplicatiuũ capit̃ vt importat causalitatem: qñ scꝫ denotat ꝑcatum dictionis reduplicate esse causam ꝑcati ipsius ꝑdicati principalis. vt hõ inq̃tũ rationalis est risibilis. ⁊ sic etiam ista est vera. omnis homo inq̃tuꝫ rationalis est risibilis. ¶ Sequitur corrollarie primo ꝙ ista est falsa tenendo signũ reduplicatiuũ vt dicit causalitatem. vt homo inq̃tum risibilis est rationalis. quia risibile non est causa rationalis: sed econuerso rationale est causa risibilis Sequit̃ corrollarie secundo. omnis ꝓpõ reduplicatiua in qua idem reduplicatur supra seipsum etiam est falsa. tenendo signum reduplicatiuum vt importat causalitatez Ratio. quia tunc ipsa denotat ꝙ idem esset causa sui ipsius. vt socrates inquantũ hõ est homo. Idem enim non est causa sui ipsius. Dicitur enim secundo de anima. nihil generat seipm. ⁊. viij. metaphice. dicitur. nihil ducit se ipm de potentia ad actuꝫ. Tertio signũ reduplicatiuum capitur vt dicit alietatẽ siue diuersitatẽ rationis que importatur inter predicatũ principale ⁊ terminũ reduplicatum. ⁊ sic ista conceditur. omnis homo inq̃tũ risibilis est rationalis: valꝫ enim tantũ ꝙ risibile vt sic non est rationale ⁊ hoc est veꝝ. Risibile enim formal'r dicit accñs. rõnale aũt dicit substantiaꝫ. modo accidens ⁊ substantia sunt primo diuersa. Quarto signũ reduplicatiuũ capitur vt dicit cõuertibilitatem. ⁊ sic denotat predicatũ cõuerti cum termino reduplicato isto mõ omnis ꝓpõ reduplicatiua cõceditur in qua idem predicatur de se ipo. patet quia ipa

denotat ꝙ idem conuertit̄ cū seipso: ⁊ ꝙ idē non est diuersuz a seip̄o. ⁊ hoc est verum ¶ Sequitur corrollarie. ꝙ omnis ꝓpō reduplicatiua in qua predicat̄ superius de inferiori est neganda. vt homo inq̄tū hō est animal. superius em̄ ⁊ inferius nō sunt cōuertibilia. Quinto ⁊ vltimo signū reduplicatiuū capit̄ vt dicit immediationē. ⁊ tunc denotat ꝙ inter predicatū principale ⁊ terminū reduplicatū nihil mediat. vt hō inq̄tū animal est sensibilis. inter animal em̄ ⁊ sensibile nihil mediat. animal em̄ est causa per se sensibilis. modo inter causam ꝓpriā ⁊ effectū nihil mediat. ¶ Sequit̄ corrollarie ꝙ non implicat aliquā ꝓpōnem reduplicatiuā in vno sensu esse verā ⁊ in alio falsā ꝑm ꝙ signū reduplicatiuū diuersimode sumit̄. patz de ista. omnis hō inq̄tū risibilis ē rōnalis. Ip̄a em̄ est vera inq̄tū hoc signū reduplicatiuū dicit causalitatē. sed est falsa inquātū signū reduplicatiuū dicit sequelā. vt dictū est in notabilib⁹.

## Notandū tertio ꝙ pe. his. in textu de expositione reduplicatiuaꝝ ponit quattuor regulas.

Prima. Dictio reduplicatiua p̄supponit aliqd̄ p̄dicatuz inesse alicui subiecto. ⁊ denotat similiter ꝙ illud supra qd̄ cadit vt termin⁹ reduplicatiu⁹ sit causa illi⁹ inherētie. vt omnis hō inq̄tū rōnalis est risibilis. ¶ Sequitur corrollarie ꝙ omnis ꝓpō reduplicatiua vera p̄supponit vl'em veram in qua p̄dicatū ꝑcatur inesse subiecto. vt ista om̄is hō inq̄tuz rōnalis est risibilis. p̄supponit istā: omnis hō est risibilis. tn̄ de isto dicet̄ circa exponētes. ¶ Scd̄a regula est ista. Dictio reduplicatiua vult addi p̄dicato. tn̄ ip̄m p̄dicatum nunq̄ reduplicat. ¶ Sequitur corrollarie ꝙ signū reduplicatiuuz debet poni ante copulā: ⁊ tenere se ad predicatū. qꝛ si poneret̄ ante copulā ⁊ teneret se ad subiectum. tunc vocaret̄ ꝓpō de reduplicato subiecto. Nec etiā debet addi p̄dicato immediate. sic ꝙ poneret̄ post copulā. qꝛ alias esset ꝓpō cathegorica de reduplicato p̄dicato. Scd̄m logicaz aūt cōmuuē: termin⁹ cōmunis sequēs signū reduplicatiuū non impeditus supponit confuse distributiue. ꝑm aūt alios supponit simpl'r. vt hō inquantū rōnalis est risibilis. rōnale qui est termin⁹ reduplicatus supponit simpl'r ꝑm plurimoꝝ sn̄iaz. ꝑm autē logicos cōmunes confuse distributiue. ¶ Sequit̄ corrollarie ꝙ distributio ⁊ reduplicatio opposito mō se habēt. distributio em̄ incipit a subiecto diuidendo ⁊ distribuendo partes subiecti terminando eas in predicatū ⁊ in receptionē p̄dicati. qꝛ natura designata per predicatū in vniuersali affirmatiua partit̄ ⁊ distribuit̄ in quodlibet suppositū subiecti. Sed reduplicatio est ꝓprietas incipiens a predicato ⁊ terminat̄ in subiecto.

## Notandū quarto ⁊ vltimo. ꝙ tertia regula quaz ponit

pe. his. in textu est ista. Propō reduplicatiua affirmatiua in qua nulla ponit̄ negatio exponit̄ ⁊ dēclarat̄ copulatiue per quattuor exponentes affirmatiuas. In prima predicatū principale affirmat̄ de subiecto. In scd̄a terminus supra quē cadit signum reduplicatiuū. hoc est terminus reduplicatus debet p̄dicari de subiecto ꝓpōnis. In tertia exponēte p̄dicatum principale debet affirmatiue predicari de termino reduplicato. Quarta exponēs debz esse vna ꝓpō hippotetica causalis: in cuius añte dictio sup quā cadit reduplicatio debz p̄dicari de termino trāscendente. in ꝯñte autē eiusdē causalis predicatū principale debet affirmatiue p̄dicari de relatiuo illius trāscendentis termini. vt hō inquātū rōnalis est risibilis. exponit̄ sic. hō est risibilis. ⁊ hō est rōnalis. ⁊ omne rōnale est risibile. ⁊ quia aliquid est rōnale illud est risib le. ¶ Quarta regula est ista. Propō reduplicatiua in qua negatio ponitur post signū reduplicatiuū exponitur copulatiue per quattuor exponentes. prima negat predicatū de subiecto. secūda affirmat terminū reduplicatū de subiecto. tertia negat vniuersaliter p̄dicatum principale de termino reduplicato. quarta est vna causalis in cuius añte termin⁹ reduplicat⁹ predicatur de aliquo termino transcendente. in ꝯñte aūt p̄dicatum negari debet de relatiuo eiusdē transcēdentis. vt ista. omnis hō inquātū rōnalis nō est rudi-

bilis.exponit sic.nullus hō est rudibilis ꝛ oīis hō est rōnalis.ꝛ nullū rōnale est rudibile.ꝛ qz aliqō est rōnale ipm non est rudibile. ¶ Sequit corrollarie primo q sicut reduplicatiua affirmatiua exponit per quattuor exponētes affirmatiuas ꝛ copulatiue sic reduplicatiua q̄ est ei⁹ p̄dictoria exponit disiūctiue p q̄ttuor negatiuas.vt ista nō oīis hō inq̄ntū ē animal est sensitiu⁹:q̄ cōtradicit huic.omnis hō inq̄ntū animal ē sensitiuus.exponit sic. Nō oīis hō est aīal.vel nō oē sensitiuū est animal.vel oīs hō nō est sensitiu⁹ ꝛ qz aliqō nō est sensitiuū illud non est aīal. Rō qz sicut se habēt exponentes in cōtradicendo.sic etiā exponētes eaꝝ debent se habere. ¶ Sequit corrollarie scō q eodē mō est dicendū de reduplicatiua q̄ est cōtradictoria reduplicatiue in q̄ negatio ponit post signū reduplicatiuū.sic q talis exponat p cōtradictorias exponē nb⁹ p̄ioris exposite. Et rō exp̄onis est eadē sicut dicta est p̄ius.ꝛ fūdat ista expositio diuersa in lege ꝛ natura p̄onuꝫ cōtradictoriaꝝ:que dicit q si vna cōtradictoriarum est vera reliqua est falsa.ꝛ ecōuerso.vt ostenditur p̄mo periermeniaꝝ. Istis notabilib⁹ sic stantib⁹ est.

**Conclusio responsalis.littera ꝛ determinatio de reduplicatiuis a pe.his.est sufficienter assignata. Veritas huius conclusionis patet ex notabilib⁹ ꝛ declaratiōe textus**

**Arguitur** p̄mo. Nulla est p̄pō reduplicatiua. Probat. Oīis p̄pō reduplicatiua est de reduplicato subiecto.igit nulla est p̄positio reduplicatiua.tenet ꝟña ex oppositis.p̄positio enim reduplicatiua nō est de reduplicato subiecto. Antecedēs p̄bat.qz in omni p̄positione reduplicatiua signū reduplicatiuū ponit a parte subiecti ante copulā.vt patz in ista ꝛ in simili.homo inq̄ntū rōnalis est risibilis. Dico verum argumentū cōcludit q quo ad vocem signū reduplicatiuū semp ponit a parte subiecti ante copulā.tamē ex isto nō sequit q oīs p̄pō reduplicatiua deberz dici de reduplicato subiecto vel extremo:qz intellect⁹ ꝛ aīa signi reduplicatiui virtutē ꝛ naturā facit supza p̄dicatū in bitudine ad subctm̄.ꝛ ergo p̄pō talis:ōz reduplicatiua sicut in simili est quodām̄ō.aīa em̄ licet vnit corpori totus tm̄ hō dicitur animatus.

**Arguitur** scō. Aliq̄ est p̄pō in q̄ ponit signū reduplicatiuū:ꝛ tm̄ p̄pō nō ē reduplicatiua.patz de ista ens inq̄ntū ens est subiectū metaphice. Qz in ea ponit signū reduplicatiuū.qz ponit hoc signū inq̄ntū qō est signū reduplicatiuum. Sz q p̄pō nō sit reduplicatiua p̄bat. In omni p̄pone reduplicatiua affirmatiua p̄dicatū p̄pois vl⁹ debz p̄dicari de subiecto p̄pois.vt pz in ista.oīis hō inq̄ntū rōnalis est risibilis.hec em̄ est vera.oīs hō est risibilis. Sz hoc non cōtingit in ista.ens inquātū ens est subiectum metaphice.p̄bat qz hec est falsa.oē ens est subiectū metaphice: qz nullū ens in particulari est subiectū metaphice.sz ens vl⁹ sumptū in suppone simplici. ¶ Dico vez argumētū cōcludit q ista non est reduplicatiua.ens inq̄ntū ens est subiectū metaphice.qz in ea inq̄ntum nō tenetur reduplicatiue sz specificatiue.vt scz specificat rōnez entis fm quā ens est subiectum metaphice. Ens em̄ generaliꝛ ꝛ vl⁹ sumptū est subiectū metaphice.ꝛ hoc exp̄imitur p hoc signuz inq̄ntū. ¶ Sequit corrollarie q etiā ista nō est reduplicatiua.cognoseo socratē inquantū est homo.quia ibi hoc signū inquātū tenet specificatiue:ꝛ vz tm̄.ego cognosco socratē ea rōne q̄ est hō.

**Arguitur** tertio. Signū reduplicatiuū nō importat sequelam aut alietatē.vt dictum est in notabili scō.p̄batur.quia sic sequeret q ista signa si aliud qz esset signa reduplicatiua.patz.quia hec dictio si importat sequelā. hec dictio quia importat causalitatem.hec dictio aliud importat alietatē.modo hoc conuenit dictōni reduplicatiue. ¶ Dico vez argumentū cōcludit q illa conūctio qz importat causalitatez.non tamē simpliꝛ sed sub quadā cōditiōe.signū aūt reduplicatiuū importat causalitatē simpliꝛ ꝛ perfectē.sic hoc signū aliud importat diuersitatē nō tm̄ alicuius sub-

fecti ad predicatū. eo mō sicut dictio reduplicatiua. similiter hec cōiunctio qꝛ importat causalitatē vnius ꝓpōis ad aliā. ⁊ non sic sicut signū reduplicatiuū.

**Arguitur** quarto. Nō omnis ꝓpō est falsa in qua idē reduplicat̄ supra seipsum igit̄ notabile scd̄m est male positū. Añs ꝓbat̄ de ista socrates inquantū animal nō est aial. ista est vera. ⁊ tñ idem reduplicat̄ supra seip̄m. Qꝛ ista sit vera quia sua cōtradictoria est falsa. videlicꝫ ista. socrates inq̄ꝫtū aial est aial. ꝓbat̄. qꝛ ip̄a designat ꝙ idē esset causa suijpsius qd̄ est falsuꝫ. valet enim tm̄ socrates ea rōne qua est aial tunc est animal. mō idez non est causa suijpsius. nihil enim generat seip̄m ⁊ nihil est causa suijpsius. ¶ Dico veꝝ argumentum concludit ꝙ ꝓpō affirmatiua in qua idē reduplicat̄ supra seip̄m. est falsa. modo ꝓpositio ꝓposita est affirmatiua: ⁊ sic argumentum non concludit.

**Arguitur** quinto. Signū reduplicatiuū nō pōt teneri diuersis modis. probat̄. qꝛ tunc sequeret̄ ꝙ eadē ꝓpō esset vera ⁊ etiā falsa. qd̄ implicat cōtradictionē. ꝓbat̄ d̄ ista hō inq̄ꝫtū risibilis est rōnalis. si hoc signū inq̄ꝫtū tenet̄ causaliter ipsa est falsa. si aūt importat sequelā vel cōuertibilitatē. ipsa est vera. ¶ Dico ꝙ eadē ꝓpositio potest esse vera ⁊ falsa. non respectu eiusdē sed diuersoꝝ ⁊ diuersimode capiendo signū reduplicatiuuꝫ: ⁊ in diuersis sensib⁹ ⁊ non in vno.

**Arguitur** sexto. ꝓpō reduplicatiua non est ꝓpō. ꝓbat̄. omnis ꝓpō est vera vl̄ falsa. sed ꝓpō reduplicatiua nec est vera nec falsa. ꝓbat̄ de ista. socrates inq̄ꝫtū hō est hō. ꝓbat̄ ꝙ sit vera. qꝛ ip̄a ꝯcat ꝙ socrates est homo. ⁊ ꝙ hō ⁊ homo sūt termini conuertibiles. mō hoc est verum. Qꝛ aūt ipsa sit falsa patꝫ. quia ipsa ꝯcat ꝙ idē sit cā suijpsi⁹: qd̄ est falsuꝫ. ¶ Dico veꝝ argumētū cōcludit ꝙ eadē ꝓpō materialr̄ pōt esse vera ⁊ etiā falsa: respectu diuersoꝝ: sꝫ nō r̄spectu eiusdē. ⁊ signū reduplicatiuū capiēdo diuerso mō. vt dictū est in notabili. ij.

**Arguitur** septimo. ꝓpō in qua idez reduplicatur supra seip̄m est vera igit̄ scd̄m notabile nō valet. ꝓbat̄ de ista socrates inq̄ꝫtū hō est risibilis. ꝙ ista sit vera notū est. qꝛ hō est cā ꝓxima ⁊ imediata risibilis. Sꝫ ꝙ hic idē reduplicat̄ supra seip̄m. qꝛ idē signat hō ⁊ risibile. quicq̄d em̄ est hō est risibile. ⁊ ecōuerso. quicq̄d ē risibile est hō. ¶ Dico veꝝ argumentū cōcludit ꝙ hō ⁊ risibile sūt idē. non tñ om̄i mō sūt em̄ idē materialr̄: qꝛ signāt hoiem. sꝫ nō formalr̄. hō em̄ ꝯcat hominē absolute. sꝫ risibile vltra hominē connotat actum ridendi.

**Arguitur** octauo. Nō om̄is ꝓpō est falsa in qua idē reduplicat̄ supra seip̄m. igit̄ notabile scd̄m nō vꝫ. ꝓbat̄ añs. Omnis ꝓpositio falsa est cognoscibilis. sed ꝓpositio in qua idem reduplicat̄ supra seip̄m non est cognoscibilis igit̄. Maior qꝛ intellectus discernit veꝝ a falso. ⁊ per ꝯñs intellectus cognoscit ꝓpōnez falsaꝫ Minor est aristo. p̄mo p̄oꝝ. vbi oñdit ꝙ oīs ꝓpō in qua idē reduplicat̄ supra seipsuꝫ est inintelligibilis. mō illud qd̄ nō est intelligibile nō est cognoscibile. ¶ Dico ꝙ aristo. nō vult simplr̄ ꝙ ꝓpō in qua idē reduplicat̄ supra seip̄m esset inintelligibilis. sꝫ vult ꝙ ip̄a nō est intelligibilis ꝙ sit vera. tenendo signū reduplicatiuū causaliter.

## Articulus septimus est de istis verbis incipit ⁊ desinit ⁊ de verificatione ꝓpositionū rōne incipit ⁊ desinit Queritur vtꝝ littera Petri hispani de incipit ⁊ desinit sit sufficienter assignata.

PRo intellectione littere. Notandum est primo ꝙ quantum sufficit ad ꝓpositum: res sunt duplices: quedam sunt permanentes: ⁊ quedaꝫ successiue. Res permanentes sunt quarum esse totū acquiritur in instanti. vt homo. esse eniꝫ hominis acq̄ritur per gñrationē. Dr̄ ei. ij. ph̄icoꝝ. hō gñrat hoiez ⁊ sol. Gñratio aūt fit in instanti vt ostenditur. v. ph̄icorum. alij autem dicunt ꝙ res permanens est cui non repugnat

omnes partes suas habere simul. vt est hō. homini eniz non repugnat habere omēs partes simul. immo esse perfectū cuiuslibet rei naturalis est ex partib⁹ suis simul sumptis. Dicit̄ em̄ p̄mo ph̄icoꝝ. totum nihil aliud est q̄ꝫ sue partes simul sumpte. ¶ Sequitur corrollarie ꝙ res non dicit̄ in ꝓposito ꝑmanēs ꝙ ip̄a semꝑ maneret. sic em̄ de⁹ diceret̄ ꝑmanens: semꝑ em̄ est. fuit. ⁊ erit. ⁊ tñ deus in ꝓposito non dicit̄ res ꝑmanens. res enim ꝑmanens est cuius esse totuz simul acquirit̄. cōstat aūt ꝙ esse diuinū nunq̄ꝫ est acquisitū nec incepit. ¶ Sequit̄ corrollarie p̄mo ꝙ esse reꝝ substātiale diuersimode incipit. Quoddā enim esse rerum incipit alteratione ⁊ transmutatione p̄uia ⁊ precedenti. vt esse rerū naturaliū. forme enim reꝝ naturaliū non possunt esse in materia nisi materia sit prius bene preparata ⁊ disposita: Vñ ⁊ dicit̄ scdo ꝺ anima. Act⁹ actiuoꝝ sunt in patiente bene p̄disposito. Sequit̄ corrollarie scdo ꝙ esse aliquaꝝ rerum substantiale incipit nulla alteratione p̄uia ⁊ precedenti p̄supposita: vt est creatio reꝝ creatio enim simpl̄r fit ex nihilo: ⁊ nihil p̄supponit subiecti. sed res creabilis est in potentia ~~actiua~~ creantis ante suā inceptionē: ⁊ isto modo acquirit̄ esse angeli vel est acquisitum in creatione: Res autez successiua est quaꝝ esse acquirit̄ successiue ⁊ pars post partem: vt est motus. sil̄r temp⁹. motus enim ⁊ temp⁹ successiue fiunt. mot⁹ em̄ hz pri⁹ ⁊ posteri⁹. sil̄r tēp⁹ hz p̄⁹ ⁊ posteri⁹ mō pri⁹ ⁊ posteri⁹ ñ p̄nt eē siml̄. Vñ ⁊ ꝺr quarto ph̄icoꝝ. Tempus est numerus motus s̄m prius ⁊ posterius. ¶ Sequit̄ corrollarie ꝙ ad esse rerum successiuarum non requirit̄ ꝙ esse illarū reꝝ ⁊ partes sint simul. sed sufficit ꝙ sibi inuicem succedant. Vnde vt ꝺr quarto ph̄icoꝝ partes temporis sunt presens preteritū ⁊ futurum. Constat aūt ꝙ ista non possunt esse simul. preteritū em̄ abijt. ⁊ futuꝝ nō dum venit. nihil aūt habemus de tempore nisi nūc.

## Notandū secūdo Pro ampliori intelliēgtia huius materie de istꝫ ꝟbis incipit ⁊ desinit Sciēdū ꝙ mltiplex ē differetia int̄ res ꝑmanētes et successiuas. Prima quia esse rerum ꝑmanentiū est totum simul. vt homo perfectus habet esse totū suū simul licet illud est in continuo fluxu: ⁊ mensurat̄ tempore. qd̄ ē mēsura succedentiū. Esse aūt rerum successiuaꝝ non est totū simul. esse enim temporis similiter mot⁹ nunq̄ꝫ est totū simul: prius enim ⁊ posterius in motu sunt de essētia motus ⁊ nunq̄ꝫ sunt simul. qñ enim est prius nondū est posterius in motu. Sic in tempore cum p̄sens est: p̄teritum non est sed abijt. ⁊ futuꝝ similiter non est sed veniet. Dicit̄ em̄. iiij. ⁊. viij. ph̄icoꝝ: De tempore nihil habem⁹ nisi nunc. ¶ Scda differentia quia ꝑmanentia sunt cause successiuoꝝ. ⁊ permanentia sunt priora successiuis s̄m naturam successiua aūt sunt posteriora permanentib⁹. celum em̄ est causa temporis ⁊ etiā motus. ¶ Tertia differentia quia res permanentes in se sunt terminate ⁊ finite. res vero successiue terminant̄ ad res permanentes vt alteratio terminat̄ ad qualitatem: et augmentatio ad q̄ꝫtitatem. ¶ Quarta differētia. reb⁹ permanētib⁹ nō repugnat habere omnes partes suas simul reb⁹ autem successiuis repugnat omnes partes habere simul.

## Notandū tertio ꝙ pe. his. in textu ponit duas regulas de isto verbo incipit quomō ꝓpōes exponi habent rōne huius verbi incipit. Prima ꝓpōes de incipit in reb⁹ quaꝝ esse totum simul acquiritur exponunt̄ per vnam hippoteticā copulatiuam: cuius prima pars est affirmatiua de presenti ⁊ secunda est negatiua de preterito. vt homo incipit esse. exponitur sic. homo nunc est ⁊ immediate ante hoc nō fuit. ¶ Sequit̄ corrollarie primo ꝙ aliquid dupl̄r dicit̄ incipere esse. Primo simpliciter qd̄ scz nunc est in actu. ⁊ prius nunq̄ꝫ fuit in actu. ⁊ sic homo qui hodie nascitur dicitur incipere esse simpl̄r. quia nūq̄ꝫ antea fuit sed nunc habet esse. Dicit̄ em̄ in postpredicamentis et. v. ph̄icoꝝ. ꝙ generatio est ꝓcessus a non esse ad esse. Scdo aliquid dicit̄ incipere esse s̄m quid ⁊ improprie. qd̄ scz non incipit esse substantialiter

sed accñr tm̄. vt si aliquis cōtinue fuisset niger ⁊ iam inciperet dealbari. iste non incipit esse simplr: sed incipit quātum ad esse accidentale. Sequit̄ corrollarie scdo ꝙ aliquid adhuc duplr incipit esse in tempore. Primo cōmensuratiue. ⁊ sic illud dr incipere esse in tēpore qd mēsurat̄ tempore. ⁊ sic gñabilia ⁊ corruptibilia incipiūt esse in tempore. Dicit̄ em̄. iiij. phicoꝝ. ꝙ generabilia ⁊ corruptibilia mensurant̄ tēpore. Secundo aliqua dicunt̄ esse in tempore coexistenter. q̄ scz sunt quando tempus est. ⁊ sic deus dicitur esse in tempore similiter eterna. deus em̄ est quādo tempus est. Seq̄tur corrollarie tertio ꝙ aristo. dicens quarto phicoꝝ Eterna non sunt in tempore: verū est cōmensuratiue: sed bene coexistenter. Secūda regula quā ponit pe. his. in textu est ista. Propositiones de incipit in reb⁹ quarum esse acquiritur successiue exponuntur per vnaz hippoteticam copulatiuā cuius vna pars est ꝓpō cathegorica negatiua de p̄senti. secunda est vna ꝓpositio cathegorica de futuro: vt socrates incipit esse alb⁹. exponitur sic. socrates nunc non est albus. ⁊ imediate post hoc erit alb⁹. Similiter ista. mot⁹ incipit esse: exponit̄ sic. mot⁹ nūc nō est: ⁊ imediate post hoc erit.

**Notanduz quarto ⁊ vltimo. ꝙ pe. his. cōmuniter in textu** ponit duas regulas de ꝓpōnib⁹ in qnibus ponitur hoc verbuz desinit. Prima regula est ista. Propōes de desinit in reb⁹ quarum esse totū deperditur simul. exponūtur per vnā hippoteticā copulatiuam cuius prima pars est affirmatiua de p̄senti: et secūda est negatiua de futuro. vt socrates desinit esse: exponit̄ sic. socrates nunc est ⁊ immediate post hoc non erit. Secūda regula. Propositiones de desinit in rebus quaꝝ esse deperditur successiue. exponuntur per vnā hippoteticam copulatiuam. cuius prima pars est vna negatiua de presenti. secūda est vna affirmatiua de p̄terito. vt socrates desinit esse alb⁹ exponitur sic. socrates nūc non est alb⁹ ⁊ immediate ante hoc fuit alb⁹. Sequitur corrollarie p̄mo ꝙ sicut aliquid incipit duplr esse in tempore. scz simpliciter: ⁊ s̄m quid. sic aliquid desinit esse in tempore duplr scz simpliciter ⁊ s̄m quid. Simpliciter aūt desinit esse: qñ aliq̄d ꝓcedit ab esse ad non esse. vt in corruptiōe. Corruptio em̄ est ꝓcessus ab esse ad nō esse. vt dr in postp̄dicamentis. ⁊. v. phicoꝝ. Illud aūt desinit esse s̄m quid qd desinit esse s̄m aliquā qualitatem. vt si aliquid nunc est albū ⁊ inciperet fieri nigrū. Rō huius corrollarij. quia q̄t modis dicit̄ vnū oppositoꝝ tot modis ⁊ reliquū. vt dr. iiij. topicoꝝ. modo inceptio ⁊ desitio sūt mutationes ⁊ motus oppositi. Istis notabilib⁹ sic stantib⁹ est.

**Conclusio responsalis. littera pe. his. de incipit ⁊ desinit** est sufficienter assignata. Ueritas huius conclusionis patet ex his que dicta sunt in notabilib⁹.

**Arguitur** primo. Fundamentū de incipit ⁊ desinit est falsum. ergo determinatio pe. his. nō valz. ꝓbat̄ añs. fūdamentū de incipit ⁊ desinit p̄supponit res permanentes differre a reb⁹ successiuis. modo hoc est falsum: ꝓbat̄. qꝛ eadem res est ꝑmanens ⁊ res successiua. ꝓbat̄. qꝛ albū est res ꝑmanēs: ⁊ etiā res successiua. Qꝛ albū sit res ꝑmanēs: qꝛ eius partes manent simul. cū enim albedo acquiritur in subiecto: ipsa manet extensa in subiecto. vnde ⁊ in multis reb⁹ albedo est accidens inseparabile. vt in cigno vel niue. Sz ꝙ albedo sit res successiua. patz. quia ei⁹ esse nō simul acquirit̄: sed successiue s̄m intensionē maiorem. ¶ Dico veꝝ argumentū cōcludit ꝙ aliquando eadē res potest esse res ꝑmanens ⁊ successiua materialr. sed nō formalr ⁊ eadez rōne. vt albū vel albedo cōsiderata vt eius partes acquirunt̄ successiue per intensionez ⁊ grad⁹: tunc albedo est res successiua: sed albedo considerata vt ei⁹ partes manent simul. sic albedo est res ꝑmanens.

**Arguitur** scdo. differentia inter res ꝑmanētes ⁊ successiuas non valz. ꝓbat̄ qꝛ aliqua est res ꝑmanens cuius esse nō acq̄rit̄ totū simul. ꝓbat̄. qꝛ de⁹

est res ꝑmanēs. qꝛ semꝑ manet deus. ⁊ eius esse nūq̄ꝫ est acquisituꝫ sꝫ fuit ab eterno. deo em̄ repugnat ꝑincipiū ⁊ finis. ¶ Dico veꝝ argumētū ꝯcludit. ꝙ deꝰ est res permanēs: nō sic sicut in ꝓposito capit̄ res ꝑmanēs ꝓprie, ꝑ illo cuiꝰ esse acquiritur totuꝫ simul. sed deus est bene res permanens: capiendo rem ꝑmanentē cōmuniter ꝑro illo cuius esse semꝑ manet. sed ita non capit̄ in ꝓposito.

**Arguitur** tertio. Motꝰ nō est res successiua nec tempꝰ. ergo littera falsa. ꝓbatur añs. Illud nō est cuius partes nō sūt. sꝫ partes temporis nō sunt similiter nec motꝰ. ergo. Maior qꝛ esse totiꝰ est ex esse partiū: minor pꝫ qꝛ partes tēporis sūt p̄sens p̄teritū ⁊ futuꝝ. mō p̄teritū nō est sed abijt. vñ ⁊ dr̄ ꝑmo celi Ad preteritū nulla est potentia. Similiter futuꝝ nō est qꝛ adhuc veniet. sꝫ solū p̄sens est. Vñ dr̄. iiij. ph̄icoꝝ. nihil habemꝰ de tempore nisi nūc. ¶ Dico veꝝ argumentū cōcludit ꝙ id nō est cuius partes non sūt simul in rebꝫ ꝑmanētibꝫ. Sꝫ in rebꝫ successiuis hoc nō oportet. partes em̄ motus sunt prius ⁊ posteriꝰ. mō prius ⁊ posterius non sunt simul similiter p̄teritū ⁊ futuꝝ ⁊ p̄sens que sunt partes temporis non sunt simul.

**Arguitur** quarto. Res successiua est causa rei ꝑmanentis. ergo differentia vna inter rem permanentē ⁊ successiuā est male posita. ꝓbat̄ añs. qꝛ motꝰ celi est cā istoꝝ inferioꝝ. vt dr̄. ij. de gn̄ratione. ⁊. viij. ph̄icoꝝ dr̄ ꝙ motus est vita omnibꝫ entibꝫ ſm naturā. Cōstat aūt ꝙ motus celi est de gn̄e successiuoꝝ. ⁊ ista inferiora sūt de genere reꝝ permanentiū. res em̄ in hoc mūdo sunt supposita ⁊ res nature: mō tales res sūt permanētes. ¶ Dico veꝝ argumentū concludit ꝙ alique res successiue in particulari possunt esse cause reꝝ permanentiū. vt patꝫ de motu celi ⁊ de rebꝫ inferioribꝫ. tamē hoc nō est. veꝝ vniuersaliter: ꝙ semꝑ res successiue om̄es essēt cause reꝝ ꝑmanentiū. mō em̄ sunt vera in genere. si applicant̄ ad particularia falsa sunt.

**Arguitur** quinto. Aliqua est ꝓpō de incipit q̄ nō pōt exponi. vt autor docꝫ in textu. ꝓbat̄. qꝛ nihil exponit̄ nisi veꝝ vl̄ falsuꝫ sꝫ aliq̄ est ꝓpō de incipit q̄ nec est v̄a nec falsa. g̊. maior est nota. minor pꝫ de ista. deꝰ incipit esse postq̄ꝫ adā incepit esse. ista nec est v̄a nec falsa. Qꝛ nō sit v̄a qꝛ deꝰ nō incepit esse. sꝫ ꝙ nō sit falsa qꝛ qñ adā incepit eē deꝰ fuit. ¶ Dico veꝝ argumētū cōcludit ꝙ ista ꝓpō deꝰ incepit eē postq̄ꝫ adā incepit eē. est v̄a si in p̄dicta ꝓpōe ſcat̄ inceptio imꝓprie dicta: q̊ mō aliq̄d incipit esse coexistēter. si aūt in p̄dicta ꝓpōe ſcat̄ inceptio ꝓprie dicta. q̄ est in tempore. ipa est falsa.

**Arguitur** sexto. ꝓpōnes de incipit ⁊ desinit nō alit̄ exponū tur in rebꝫ ꝑmanētibꝫ q̄ꝫ in rebꝫ successiuis g̊ determinatio pe. his. nō vꝫ. ꝓbat̄ añs. qꝛ incipit semꝑ ſcat inceptionē: ⁊ desinit semꝑ ſcat desitionē. mō manēte eadē cā etiā manet idē effectus. ⁊ sic ꝓpōes de incipit ⁊ desinit semꝑ eodē mō exponi debēt. Dico veꝝ argumentū cōcludit ꝙ incipit ⁊ desinit siue ponant̄ circa terminū ſcantē rē successiuā siue ꝑmanentē. idē ſcāt ſcatiōe gn̄ali. qꝛ incipit semꝑ ſcat inceptionē: ⁊ desinit semꝑ ſcat desitionē. sꝫ rōne illiꝰ ſcationis gn̄ralis nō tm̄ attendit̄ expositio ꝓpōnuꝫ: sꝫ rōne ſcatiōis spēalis. qꝛ aliā ꝓprietatē habꝫ res permanēs ⁊ aliam res successiua: ⁊ per ꝯñs ꝓpōnes diuerso modo exponunt̄.

**Arguitur** septimo. Tempꝰ ⁊ motus nō sunt res successiue. ergo. ꝓbat̄. omnis res successiua habꝫ ꝑincipiū. sꝫ tempꝰ ⁊ motꝰ nō hn̄t ꝑincipiū ergo maior pꝫ in exponētibꝫ. minor ē Aristo. viij. ph̄icoꝝ. vbi oñdit ꝙ tēpꝰ ē infinitū. mō in infinito nō dat̄ ꝑius nec posteriꝰ alias em̄ infinitū esset finitū Dico veꝝ argumentū cōcludit ꝙ licꝫ tēpꝰ scd̄m se totū nō incipit nec terminat̄. tñ tēpꝰ aliq̄d determinatuꝫ ab anima acceptū vt vnus annus vel vna hora est tempus determinatum.

**Arguitur** octauo. Nullus rei esse acquirit̄ in instāti. ergo determinatio pe. his. non valꝫ. ꝓbat̄ añs. esse acquiritur in generatione. sed generatio nō fit in instanti. igit̄. Maior qꝛ gn̄ratio terminat̄ ad esse. vt dr̄ quinto ph̄icoꝝ. Minor qꝛ gn̄ratio est motꝰ. vt dr̄ in postp̄dicamētis. mō motus fit successiue ⁊ nō in instanti.

vt 8z quinto phicoꝝ Dico vez argum⁹tū cōcludit q̄ gñratio est motus: capiendo motū cōmuniter siue p̄o mutatione successiua siue instantanea: z generatio sit successiue: capiendo generationē p̄o tota alteratione z dispositione q̄ est ad formā generādā Sz capiēdo generationē p̄o vltimo instanti eductionis forme de materia. vt in generatione brutoꝝ vel p̄o vltimo instanti inductiōis forme. vt in homine. Sz q̄ in ꝓposito dicit: esse rei acquiritur in instanti. verū est esse simplr vltimo: qō est in eductione forme de materia vel in inductione anime in corpus hominis a deo.

## Articulus octauus est de cōparatiuo z eius varia acceptione z verificatione ꝓpositionū ratione comparatiui Queritur vtrū littera Pethil. de cōparatiuo sit sufficienter z bene assignata.

P̄o intellectione questionis mote. Notandū est p̄imo q̄ cōparatiuꝰ tenet tribꝫ modis. P̄imo ꝓprie. z sic denotat suū positiuū dici z cōuenire vtriq̄ cōparatoꝝ z extremoꝝ. vt socrates est fortiꝰ⁹ petro. hec valz tm̄. socrates est fortis. petrus etiā est fortis

Sequit̄ corrollarie p̄imo q̄ arguendo a ꝓpōe in qua cōparatiuꝰ tenet ꝓprie ad ꝓpōnem in qua positiuus illiꝰ cōparatiui p̄dicatur de vtroq̄ cōparato est bona ꝯa. vt bene sequitur. socrates est fortior petro. ergo socrates est fortis. z petrꝰ est fortis.

Sequit̄ corrollarie sc̄do q̄ isto mō tenēdo cōparatiuū: ista est falsa z neganda: deꝰ est melior dyabolo. qz valet tm̄. deus est bonus. z dyabolus est bonus. mō hoc ē falsum. dyabolus em̄ non est bonus. Similiter ista est falsa. Dyabolus est peior deo. qz valeret tm̄. dyabolus est malus z deus est malus. qō est falsuz. deus em̄ est ens optimū. quo melius excogitari non potest. Similiter ista est falsa. aliqua ꝓpō est verior illa. deꝰ est dyabolus. qz vz tm̄. aliqua ꝓpositio est vera z hec etiā est vera deꝰ est dyabolus. Sic etiā hec est falsa. aliqua ꝓpositio est falsior illa. deus est deus. quia valet tantū aliqua ꝓpositio est falsa. z ista etiā est falsa. deus est deus. modo hoc est falsum hec em̄ est vera. deus est deus. Dixit enim Boetius q̄ nulla ꝓpō est verior illa nisi in qua idem p̄dicatur de seipso. Sc̄ūdo comparatiuus tenetur improprie: z sic denotat suuz positiuum tantū conuenire vni extremoꝝ. vt deus est melior dyabolo: q̄ valz tantū. deus est bonus: z dyabolus non est bonus. Sequitur corrollarie p̄imo q̄ arguendo a comparatiuo ad positiuum: tenēdo cōparatiuū improprie: ꝯa nō valet. vt non sequitur. dyabolus est peior deo. ergo deus est malus. Sequitur corrollarie sc̄ūdo q̄ capiendo comparatiuū improprie. ista est vera. dyabolus est peior deo. similiter ista. deus est melior dyabolo. patet qz tunc comparatiuꝰ denotat suum positiuū dici tantū de vno cōparatoꝝ z nō de ambob⁹ simul. Sequitur corrollarie tertio q̄ non implicat aliquam ꝓpōnem vno mō esse verā. z alio modo falsaz fm diuersam acceptionē compatiui. vt ista. dyabolus est peior deo. est falsa. si comparatiuus peior tenetur proprie. si autem tenetur improprie. tunc est vera. Tertio tenet comparatiuus improp̄rissime: quando denotat positiuum oppositū suo positiuo dici de vtroq̄ extremoꝝ. vt patet in ista. melius est q̄ pes abscindatur q̄ totus homo moriatur. que valet tm̄. malū est q̄ pes abscindat: z similiter malum est q̄ homo moriatur: sed minus malū est q̄ pes abscindatur q̄ totus hō moriat. Sic etiaz dicū cōmuniter de ista. melius est arare dominico die q̄ chorizare.

## Notandū sc̄ūdo q̄ cōparatiuus tenetur dupliciter.

P̄imo pure adiectiue vt quando conuenit cum substantiuo cui additur in tribus accidentibus grammaticalibus. vt dicendo. fortior homo laborat. z sic nullum casum regit: Ratio quia inter adiectiuum z substantiuū: vt dicunt grāmatici: nō est regimen licet inter adiectiuū z substantiuū sit constructio saltem imperfecta. Sc̄ūdo cōparatiuus tenet cōpatiue: z sic adhuc dupliciter. Uno mō vt conuenit cum suo substantiuo in

regimine. quēcūqz enim casuz regit positiuꝰ eundē etiā regit cōparatiuꝰ ⁊ superlatiuus vt sicut cōgrue dicimus: diues agri. sic cōgrue dicimus: ditioz agri. ditissimꝰ agri. Rō qz manēte eadē cā manet idem effectus. Iz in cōparatiuo superlatiuo ⁊ positiuo est eadem ꝓcatio originalis. licet nō eodē mō. ⁊ per ꝓns idez regimen. ¶ Scōo cōparatiuus tenet cōparatiue ⁊ virtute ꝓpria vt qñ denotat cōparationē fieri inter duo cum excessu mediocri. vt iohs est fortioz asino. ⁊ sic regit post se ablatiuum. aliquando singularis numeri vt doctioz illo. aliqñ ablatiuū pluralis numeri. vt doctioz illis. ⁊ sic tenendo comparatiuū terminū cōmunē sequentē a se rectū non impedit: ſm logicos cōmunes: facit stare ⁊ supponere confuse distributiue. vt hō est melioz asino. ſm tamē intentionez pe. hiſ. ⁊ viam peripateticam dicitur supponere simpliciter: vt dictuz est sufficienter in tractatu suppositionū ante.

## Notandū tertio ꝓo ampliori intellectu eoꝝ que dicenda sūt hic de cōparatiuo: ⁊ etiā inferius de suplatiuo q cōparatio ſm aristo. vij. phicoruz est duplex. Quedā ꝓprie dicta: qñ scz res cōpate sūt cōuenientes vniuoce in illo in quo cōparant. ⁊ q illud in quo fit cōparatio aliqua q illa forma vel qualitas accūtalis conueniat rebꝰ cōparatis vniuoce. ⁊ q res cōpate sint eiusdē spēi. vt iohs est fortioz petro. iohannes ⁊ petrꝰ sūt res eiusdē spēi. Dixit enī porphiriꝰ q participatione spēi oēs hoies sūt vnꝰ hō. Et etiā fortitudo in qua cōparant iohs ⁊ petrus ad inuicē cōuenit eis vniuoce: licet non eodē mō. qz dicēdo iohs est fortioz petro. fcatur q iohs est fortis ⁊ petrus etiā est fortis. iohs tamē excedit petrū in fortitudine. ¶ Sequitur cozrollarie primo q ista non est cōparatio ꝓprie dicta. stilus est acutioz vino. Rō quia acuties nō vniuoce sed equiuoce conuenit vino ⁊ stilo. ferrū enī vel stilus est acutus pungitiue. sed vinū inebriatiue. claudendo pozos per euaporationes suas per quas spūs motiui descendunt a capite ad singula mēbra. ¶ Sequitur cozrollarie scōo q dicēdo. leo ē fortissimꝰ lincū. hec cōparatio nō est ꝓprie dicta: Rō. quia res cōparate scz linx ⁊ leo sunt res diuersaꝝ spēz. de isto tamen latius dicet in articulo sequenti de suplatiuo. ¶ Sequitur cozrollarie tertio q hec non est congrua leo est fortissimus lincū. verū est logicaliter. quia hic nō est cōparatio ꝓprie dicta. tamē bene est cōgrua grāmaticaliter. Rō quia suplatiuꝰ regit post se genitiuū pluralē nois nō collectiui. ¶ Alia est cōparatio impꝓprie dicta ⁊ cōmunis. ad quā nō requirit q res cōpate sint eiusdē spēi. sed sufficit ad eā q aliqua duo cōparant in aliqua dispositione ⁊ forma accidentali vt in qualitate que eis cōuenit accidentaliter. vt patz in ista. iohs est fortioz asino.

## Notandū quarto ⁊ vltimo q pe. hiſ. in tertio ꝓpositionū cathegoricaꝝ ratione cōparatiui ponit tres regulas. Prima ꝓpositio in qua ponitur cōparatiuꝰ ꝓprie ⁊ nō abusiue vel impꝓprie captus: debet exponi copulatiue. hoc est per vnā hippotheticā copulatiuam in qua coniunguntꝝ tres cathegozice ꝑma exponens ⁊ ꝓpō affirmat positiuū de re excedente. secunda ꝓpositio vel exponens affirmat suū positiuū de re excessa. tertia autē exponēs affirmat excessuz ō re excedēte respectu rei excesse. vt socrates est fortioz asino. exponit sic. socrates est fortis. ⁊ asinꝰ est fortis. ⁊ socrates est magis fortis q̄ asinꝰ. vel etiā in tertia exponente gradꝰ equalitatis. i. positiuus illius cōparatiui negetur respectu rei excedentis. ⁊ formet sic exposito ꝑdicte ꝓpōis. socrates est fortis. ⁊ asinus est fortis. ⁊ asinus nō est eq̄ fortis sicut socrates q̄ socrates est fortioz asino. Dicit aūt notāter in regula q ꝓpō in q̄ cōparatiuꝰ nō tenetur abusiue siue impꝓprie debz ita exponi. vt dictū est. qz ꝓpō in q̄ cōparatiuꝰ tenet impꝓprie vl abusiue: non exponit isto mō. vt patz de ista. dyabolus ē peioz deo. dyabolꝰ est malus. ⁊ deꝰ ē malꝰ. ⁊ dyabolꝰ ē magis malꝰ q̄ deꝰ. Sz qz dz sic exponi. dyabolꝰ ē malꝰ. ⁊ deꝰ est. ⁊ dyabolus est magis malꝰ q̄ deus. Sic ⁊ ꝓpō in q̄ cōparatiuꝰ tenet impꝓprissime: nō exponit p suū positiuū sz p positiuū oppositū suo positiuo. vt

pz de ista. melius est q pes abscindat q̃ q totus hō moriat. q̃ exponit sic. malū est q pes abscidat. ⁊ malū ē q hō moriat sz min⁹ malū ē q pes abscidat q̃ q tot⁹ hō moriat. igit melius est q pes abscindat q̃ q tot⁹ hō moriat. ¶ Sequitur corrollarie q oīs cōpatiu⁹ includit suū positiuū cū hoc aduerbio magis. Rō quia cōpatiu⁹ ꝯcat illud quod suus positiuus cū hoc aduerbio magis. vt fortior vz tantū sicut magis fortis. Istis notabilib⁹ sic stantib⁹ est:

## Conclusio responsalis. littera pe. bis. de comparatiuo

⁊ de expositione ꝓpositionū rōne cōpatiui est sufficient assignata. Veritas hui⁹ ꝯclusiōis pz ex notabilib⁹

**Arguitur** p̄mo. Cōpatiu⁹ nō igredit aliquā ꝓpōnē. igit. pbat añs. nullū equocū ingredit ꝓpōem. sz oīs cōpatiu⁹ est q̊ddā equocū ergo. Maior est aristo. p̄mo pierme. ꝓpō em̄ non debz esse orō equiuoca. Minor qr oīs cōparatiuus pōt teneri ad min⁹ duob⁹ modis. vt dt pe. bis. in textu. scz proprie ⁊ ipropē siue abusiue. ¶ Dico vez argumentū cōcludit q cōpatiu⁹ absolute sūptus bñ est q̊ddā equocū ⁊ pōt accipi duob⁹ modis. sz cōpatiu⁹ sub certo mō sūptus in vna acceptiōe est quoddā vniuocū: ⁊ causat ꝓpōnem per se vnam.

**Arguitur** scdo. Oratio in qua ponit cōparatiuus non est ꝓpositio. igit. pbatur añs. nulluz multiplex est ꝓpō. sed orō in qua ponit comparatiuus est quoddā multiplex. ergo. Maior est aristo: p̄mo ⁊ scdo elencoꝝ. Minor patz. qr oratio multiplex est q̄ habz diuersos sensus. sz orō in qua ponit compatiuus hz diuersos sensus. ergo. Maior est aristo. ij. elencoꝝ. Minor patz de ista. de⁹ est melior dyabolo q̄ est vera. si compatiuus capit cōmuniter. si aūt cōpatiuus capit ꝓprie: tunc est falsa. ¶ Dico vez argumentū cōcludit q ꝓpō de compatiuo absolute ꝓposita nō est concedenda nec neganda sed potius est distinguenda. ⁊ si eam aliqñ concedimus hoc est ideo. quia vt in plurimū comparatiuus capitur ꝓprie ⁊ in ꝓpria acceptione.

**Arguitur** tertio. hec est vera: de⁹ est melior dyabolo. capiēdo etiā cōpatiuū proprie. pbat. qr dyabolus est bon⁹. pbat. sic. omne ens est bonum dyabolus est ens. ergo dyabolus est bonus. Maior. qr ens ⁊ bonū cōuertunt. vt dr. iiij. metaph. omne ens est vnū aliq̄d ⁊ bonū. Minor patz. qr dyabolus est spūs quidaz a deo creat⁹. licet dyabolus sit pctōr. ¶ Dico vez argumētū cōcludit q dyabol⁹ est bon⁹ bonitate ent⁹. sz nō bonitate moris: qr nō opat bñ ⁊ virtuose: sed male ⁊ puerse.

**Arguitur** quarto. dyabolus est bonus bonitate moris. ergo ista solutio nō vz. pbat. Iste est bon⁹ bonitate moris q̄ iuste facit. sz dyabolus iuste opat ⁊ facit. ergo dyabol⁹ est bon⁹ bonitate moris. Maior ē aristo. v. ethicoꝝ: vbi ostēdit q iustitia est virtus moralis q̄ q̄s bñ ⁊ moralr agit. Minor pz. qr dyabolus exequitur iustitiā dei. punit em̄ dyabolus peccatores mō punire malos ē op⁹ iustitie. Vñ dixit Boeti⁹ q̄rto de cōsolatiōe phie. Sicut bonis nūq̃z desūt p̄mia: sic ⁊ malis nunq̃z deesse dñt supplicia. ¶ Dico vez argumentū cōcludit q punire excessus ⁊ mala sine inuidia ē actus iustitie. mō dyabol⁹ punit ex inuidia: ⁊ non recta voluntate.

**Arguitur** q̄nto. dyabolus est bonus bonitate moris: ergo solutio non vz argumēti precedentis. añs pbat. qr sequit bene. homines sunt moraliter boni ꝓpter dyabolū: ergo dyabolus est moraliter bonus. tenet ꝯña. ꝓpter qd vnum quodq̄z tale ⁊ ip̄m magis. vt dr primo posterioꝝ. añs pbat. qr homines timentes penaz inferni cuius dyabolus ē executor sūt boni moralr. ¶ Dico vez argumentū cōcluderet si ambo tam hō q̃z dyabolus eēnt talia. mō dyabol⁹ ⁊ hō nō sūt ambo talia quia dyabolus non est bonus moralr. licet hō potest esse bonus moraliter.

**Arguitur** sexto. de⁹ non est bon⁹ moralr: ergo de⁹ non est melior dyabolo. probat añs Ille est bonus moralr qui habet actū ⁊ habitū virtutis. sed in deo nullus est habitus. ergo. Maior. qr res denominat ab habitu qui est in re. mi

nor pz.qr habit⁹ ē accñs.vt dr in p̄dicamēto q̄litatꝫ.mō in deū nulluz cadit accñs.vt dr.xij.metaph.¶ Dico vez arg.cōcludit q̄ de⁹ nō est bonus p habitū virtutꝫ sicut homines.tamē ipse est bonus per essentiā ⁊ actū ⁊ opationē suaz.Dicit enim Boetius q̄ optimi est optima facere.deus aūt optime facit.quia dat omnib⁹ esse ⁊ viuere.his quidē clarius.alijs aūt obscurius.vt dicit p̄mo celi.

**Arguitur** septimo.ꝓpō nō exponitur rōne cōpatiui.ergo.ꝓbat.Om̄is expositio ꝓpōis habz cām ⁊ p̄ncipiū ex aliquo sincathegoremate.sed cōpatiu⁹ nō est sincathegorema.ergo.Maior ē nota.qr signa exponibilia sūt termini sincathegorematici.vt omnis null⁹ tm̄ solū p̄ter.vt dicūt oēs logici.minor.qr cōpatiu⁹ ē in genere ⁊ p̄dicamēto.vt fortior importat q̄litatē:⁊ est in p̄dicamēto q̄litatꝫ.mō sincathegoremata nō sūt in p̄dicamēto.qr nō ꝑcant rē alicui⁹ p̄dicamēti. Dico vez argumētū cōcludit q̄ cōpatiu⁹ ꝑm se nō ē sincathegorema.tñ qr iplicite includit sincathegorema vt h̄ aduerbiū magis.⁊ p ꝯñs cōpatiu⁹ est termin⁹ exponibilis.Dicūt eñ grāmatici q̄ oīs cōpatiu⁹ ꝑcat hoc qd̄ su⁹ positiuus cū hoc aduerbio magis.

**Arguitur** octauo.ꝓpō rōne cōparatiui nō exponit.vt docet pe.his.ergo.ꝓbatur añs de ista.melius est perdere manuz q̄z mori. Inter duo eñ mala.minus malū est eligendū.vt dr.iij.topicoꝝ.ꝓbat qr exponitur sic.pdere manū est malū.⁊ mori est malū:sed min⁹ malū est pdere manū q̄z totaliter mori.ergo. ¶Dico q̄ littera pe.his.de expositiōe ꝓpōis rōne cōpatiui intelligitur quādo cōparatiuus tenet ꝓprie ⁊ nō qñ tenet abusiue vl̄ improprijssime:q̄liter tenet in exemplo adducto.

## Articulus nonus est de superlatiuo quomō propositiones rōne ipsius exponi habent ⁊ ꝓpōnes verificari .Querit vtrū littera Pe.hispa. de superlatiuo sit sufficienter assignata.

PRo Intellectione questionis mote. Notandū est p̄mo q̄ superlatiu⁹ capit dupliciter.vno mō ꝓprie.vt scz denotat rē excedentē ⁊ excessaz cōuenire in nomine rez ⁊ esse eiusdē spēi.vt socrates est fortissimus hominū. Iste suplatiuus fortissimus tenet ꝓprie:quia denotat rē excedentē.scz socratē.⁊ rē excessaz.scz hominū esse eiusdē spēi.¶Sequit corrollarie p̄mo q̄ mlti logici ꝓpter hāc acceptionē suplatiui negāt istā.socrates est fortissimus asinoꝝ.qr res excedēs scz socrates.⁊ res excessa scz asinoꝝ non sunt eiusdē spēi.¶Sequit corrollarie scdo q̄ ista nō est cōpatio ꝓprie dicta.leo est fortissimus lincū.qr res cōparate.scz leo ⁊ linx nō sūt eiusdē spēi sz diuersarnz.¶Sequit corrollarie tertio q̄ allegat dicēs q̄ hec nō est cōgrua.leo est fortissim⁹ lincū.non intelligit hoc de cōgruitate grāmaticali sz logicali.In ista enim leo est fortissimus lincū.iste suplatiu⁹ fortissimus regit post se genitiuū pluralē nominis nō collectiui.⁊ per ꝯñs est cōgrua grāmal'r.sz qr hic cōparant res diuersaꝝ spēꝝ ad inuicē tūc hec est incongrua logical'r.¶Scdo superlatiuus tenetur improprie:⁊ sic denotat rez excedentē ⁊ excessaz cōparari in aliqua qualitate accūtali:nō curando an ille res cōparate sint eiusdem speciei vel non.vt patet in ista.homo est fortissimus asinorum.similiter in ista.leo est fortissimus lincum.

## Notandum secūdo q̄ superlatiuus tenetur dupliciter.

Uno mō adiectiue.vt qñ regit sub substantiuo sub cōuenientia gñis numeri ⁊ casus:vt maria est dignissima laudē.⁊ tūc nō tenet suplatiue.nec ꝓpō ē exponēda: tūc vt autor docet in textu.⁊ sic suplatiu⁹ nō regit casuz sequētez.qr inter adiectiuū ⁊ substantiuū nō est regimē.vt dictū est in articulo precedēti. ¶Scdo suplatiu⁹ tenet cōparatiue.⁊ sic dupl'r.Primo tenet partitiue.⁊ sic denotat partitionez fieri inter multa.⁊ sic regit eundē casuz quē regit suus positiu⁹.sicut eñ cōgrue dicimus:diues agri.sic con

grue dicim⁹ ditissim⁹ agri. Sz isto mō etiā ꝓpō rōne suplatiui nō hz expōi: sicut auctor ōr in lza. Scōo suplatiu⁹ tenek suplatiue in q̄ztū denotat cōpationē fieri duoꝝ ad inuicē cū excessu in sūmo. ⁊ sic regit q̄ꝫ gtm singularis numeri nois collectiui: vt fortissim⁹ plebis: vl gtm pluralē nois nō collectiui: vt fortissimus hominū. De cōfusiōe suplatiui: logici cōes sūt pe. hisp. oñdūt in textu hāc regulā. Suplatiuus suplatiue ꝓpe ⁊ ꝑtiue ꝓpria tēnus tmmū cōmunē sequētē nō ipedietē ꝓfūdit confuse distributiue. vt iohs ē fortissim⁹ hoim: iste suplatiu⁹. s. fortissimus terim cōez sequētē. s. hominū; facit stare distributiue p oib⁹ alijs hoib⁹ a ioāne. Dico notāter alijs a iohāne. qz idē hō vt iohs vel alter hō nō ē fortioꝛ seip̄o: nec excedit seip̄m: sz excessus est respectu duaꝝ rez cōpataꝝ ad inuicē. in tractatu tm̄ suppositionū dictū ē q suplatiuus aliqñ terminū cōmunē sequētē facit stare simpl̄r. vt pz in ista. hō est dignissima creaturarū. q vz ista dignissima creaturaꝝ mortaliū est hō. de quo satis dictū est in libro suppositionū. particularis em̄ hō null⁹ est dignissima creaturaꝝ. ⁊ qz iuxta Aristo. viij. topi. ⁊ q̄nto cōturbat qō frequētaꝛ. hoc in tractatu suppositionū videaꝛ

¶ Notandū tertio qō suplatiu⁹ adhuc tenek dupl̄r. vno mō affirmatiue. vt qñ tertia exponēs est affirmatiua. vt dicek inferius. ⁊ isto mō tenēdo suplatiuū affirmatiue: ipe tm̄ vni cōuenit. vñ ⁊ aristo. v. topi. dixit: q̄cūq̄ d p supabundantiā ōz vni tm̄ cōuenit. Et sic stat tm̄ vnū esse fortissimū vl doctissimū. ¶ Sequit̄ cozrollarie q licz suplatiu⁹ affirmatiue tēnus tm̄ vni cōuenit. nō tm̄ sequit̄ ex isto q ḡ suplatiu⁹ essz nomē ꝓpriū ⁊ ꝓpria q̄litatis. Rō qz nomē ōr ꝓpriū ⁊ ꝓpria q̄litaꝛ: qz nullo mō ꝓuenit ⁊ pōt cōuenire plib⁹: Cñ ⁊ ōr ꝓpriū q̄si puatiū pozis. h est mlt̄itudine. Suplatiu⁹ aūt lz tm̄ cōuenit vni actu affirmatiue capt⁹. tm̄ pōt cōuenire plib⁹ successiue. q em̄ hodie ē fortissim⁹ cras pōt habere fortioꝛ. ¶ Scōo suplatiuus capit̄ negatiue q̄ tertia exponēs ē negatiua. ⁊ sic suplatiu⁹ cōuenit plib⁹. ⁊ sic stat pl̄es esse albissimos vl pessimos. vt ōr in notabili q̄rto. Sequit̄ cozrollarie ꝑmo q sicut cōpatiu⁹ tenek trib⁹ mōis. s. ꝓprie impꝓprie ⁊ impꝓprissime: vt dictū ē in articulo p̄cedēti. sic etiā suplatiu⁹ tenek trib⁹ modis ꝓprie impꝓprie ⁊ impꝓprissime. pe. tm̄ hīs. modū ipꝓpriū ⁊ impꝓprissimū compatiui aut suplatiui cōpurat p vno: ⁊ vocat eū abusiuū. ¶ Sequit̄ cozrollarie scōo q tenendo suplatiuū ꝓprie: hec ē vera. iohs ē fortissimus hoim. ⁊ tūc denotat suū positiuuz dici ō ambob⁹ cōpaꝛ. hec em̄ vz tm̄. iohs ē fortis: ⁊ q̄libz hō est fortꝛ. ¶ Sequit̄ cozrollarie tertio. q tenēdo suplatiuū ꝓprie. hec est falsa. de⁹ est iustissim⁹ iudicū. ꝑ qz valz tm̄ deus est iustus. ⁊ q̄libz iudex est iustus. q̄nymo ista. de⁹ est iustissim⁹ iudicū. ꝑsupponit deū cōpari in iustitia cū iudicib⁹ terrenis. mō hoc est falsuz ⁊ impossibile. cōpatio em̄ debet fieri in aliquo vniuoco. mō nihil est vniuocū deo ⁊ creaturis. Dicit̄ em̄ viij. phicoꝝ q finiti ad infinitū nulla est ꝓpoꝛtio. Licz plurimi concedūt q deo ⁊ creature multa sunt vniuoca.

## Notādum quarto ⁊ vltimo pe. hīs. in textu ponit tres

regulas de suplatiuo. Prima q suplatiu⁹ distribuit terminū sequētē se habentē rē excessaz cōfuse distributiue vt in ista. socrates est fortissim⁹ hoim. hoim distribuit p istū suplatiuū. fortissim⁹. ⁊ de ista regula dictū est in notabili scōo. ¶ Scōa regla q suplatiu⁹ ꝓprie capt⁹ ōnotat rē excedētē ⁊ excessā ee eiusdē spēi: ⁊ ḡ hec ē im ꝓprie dicta. leo est fortissim⁹ lincū. vt dictū ē in notabili ꝑmo. ¶ Tertia regla est ista. Prop̄o in q̄ ponit̄ suplatiu⁹ ꝓprie capt⁹ exponit̄ copulatiue p tres exponētes. sic q exponētes tales debēt vnīri p cōiūctionē copulatiuā. ⁊ prima exponēs affirmat positiuū suplatiui illius de re excedēte. scōa affirmat de re excessa eūdē positiuū. Si suplatiu⁹ tenek affirmatiue tunc in tertia exponēte affirmat suū cōpatiuuz vel excessum de re excedente per respectū ad rem excessam. Si aūt suplatiuus tenek negatiue: tunc negat cōparatiuū vniuersaliter de re excessa p cōparationē ⁊ habitudinē ad rez excedentē. Exempluz vbi suplatiuus tenek affirmatiue. rosa est pulcerrimus flozum. exponitur sic affirma-

tiue.rosa est pulcra:t omnis flos est pulcer:t rosa est pulcrior omni floze.Exempluz vbi suplatiuus tenet negatiue.vt rosa est pulcerrimus florũ exponitur sic.rosa est pulcra t omnis flos est pulcer:t nullus flos est pulcrior rosa. ¶ Sequit corrollarie q cõtradictoria alicuius ꝓpositionis affirmatiue in qua suplatiuus tenetur ꝓprie habz exponi opposito mõ.vt disiũctiue.t exponentes eius debent opponi contradictorie oppõni expositionibz prioribz.Ratio.quia sicut se habet exposita ad expositam in oppositione.ita exponentes ad exponentes debent se habere etiã in oppositione vt etiaz dictum est sepe ante t prius.Istis notabilibz sic stantibz est.

**Conclusio responsalis ista.littera pe. bis.de superlatiuo et de expositione ꝓpõis ratione superlatiui est bene t sufficienter posita.** Veritas huius conclusionis patz ex his que dicta sunt in notabilibz.

**Arguitur** primo. Prima regula de superlatiuo est incõuenienter hic assignata. pbatur:determinare de distributione suplatiui non pertinet ad ꝓpositũ.ergo male pe.bis.ponit primã regulaz de distributione suplatiui.añs pbatur.quia determinare de distributiõe suplatiui pertinet ad tractatum distributionũ ꝛ exponibiliũ.in quolibet eiꝰ tractatu debz determinare ista que ptinent ad talem tractatuz mõ quomõ superlatiuus habz distribuere t confũdere pertinet ad tractatum distributionum t nõ exponibilium. ¶ Dico vez argumentũ concludit q hic principalr de terminat de expositione ꝓpõnum.tamẽ incidentalr põt hic determinare de distribuone t cõfusione terminoꝝ inꝛ tũ ex illis deuenimus in cognitionẽ expõnis ꝓpõis.

**Arguitur** scõo.superlatiuus non distribuit genitiuũ a se rectũ. ergo prima regula falsa.pbat. Illũ casuz quez suplatiuus distribuit hunc regit.sed superlatiuus non regit genitiuuz.ergo non distribuit genitiuuz. Maioz.quia superlatiuus similiter cõparatiuus illũ casuz quẽ regunt etiã distribuũt. Minoz patet in illa oratione.leo est fortissimus lincũ.in quo exemplo fortissimus superlatiuus non regit genituum.pbat.qz omne regimẽ est in ozõne cõgrua.ꝛ hec est incõgrua.ergo. Maioz est nota.qz regimẽ ꝓsupponit cõgruitatẽ.minoz est grãmaticoꝝ.cõgrua nõ est hec leo ẽ fortissimꝰ lincũ. ¶ Dico vez argumẽtũ cõcludit q hec nõ ẽ cõgrua.leo est fortissimꝰ lincũ logicalr.licz bñ ẽ cõgrua grãmaticalr.vt dictũ est in articulo precedenti.

**Arguitur** tertio.suplatiuꝰ nõ distribuit genitiuũ.ergo ꝑma regula falsa.pbatur añs. qz suplatiuus distribuit ablatiuũ.pbat in isto exẽplo.socrates est fortissimꝰ in plebe.vl etiã accusatiuũ.vt socrates ẽ fortissimꝰ inter homies. Dico verũ argumẽtũ cõcludit q suplatiuꝰ mediate põt distribuere ablatiuũ vt iohs est fortissime in plebe.sitr accusatiuũ mediãte ꝓpõe inter.vt iohs ẽ fortissimꝰ iter homies. Im mediate tñ solũ distribuit genitiuũ singularẽ nois collectiui.vl gtm plem nois nõ collectiui:pbat.qz sequeret q hec nũꝛ esz cõcedẽda.socrates ẽ fortissimꝰ hoim.pbat qz hoim distribueret p q̃libz hoie.t sic distribueret p seipo:t valeret tm̃.socrates ẽ fortioz q̃libz hoie.t sic esset fortioz seipo:qd est ipossibile. Dico vez argumẽtũ cõcluderet si in ista.socrates est fortissimꝰ hoim.ille genitiuꝰ hominũ absolute distribueret p quolibet homine:ꝛ distribuit p quolibet homine alio a socrate.et sic sensus istius est.socrates est fortissimus hominũ:excepto socrate.

**Arguitur** quinto.suplatiuus non tenetur quãdoqz affirmatiue t quandoqz negatiue.ergo notabile tertiũ nõ vz.pbat. Illud qd tenet q̃qz affirmatiue.t q̃qz negatiue est equiuocũ:sed superlatiuus nõ est equiuocũ.ergo. Maioz.qz equiuocum est qd sub vna voce accipitur pluribz modis.vt ỏz in antepredicamentꝛ. minoz quia suplatiuus causat ꝓpõnem.mõ equocũ nõ ingredit ꝓpõem.vt ỏz ꝑmo perherme. Dico verum argumentum concludit q superlatiuus licet sm se t absolute põt teneri aliquãdo affirmatiue:t aliquãdo negatiue.tamẽ per intellectũ limitat ad

certam acceptionē. ⁊ sic tūc est vniuocū quoddā. Sicut in simili. canis absolute ē eq̄uocum: si tamen accipit̄ in vna ꝓcatione est vniuocum. tamen superlatiuus ꝓprie non est equiuocum: nisi generaliter loquendo de equiuoco.

**Arguitur** sexto. suplatiuus non tenet̄ affirmatiue ⁊ negatiue. ergo notabile tertium est falsum. ꝓbat̄. Opposita non conueniunt vni. teneri aūt affirmatiue ⁊ negatiue sunt opposita. igitur. Maior est aristo. in p̄dicamentis. opposita eī se expellunt mutuo. Minor est aristo. p̄mo pier. vbi ostendit ꝙ affirmatio opponitur negationi. ¶ Dico verum argumentuz concludit ꝙ opposita non conueniunt vni respectu eiusdē ⁊ eodem mō. sed bene respectu diuersoꝝ. ⁊ sic est in ꝓposito. quando superlatiuus denotat̄ cōuenire vni: tunc tenet̄ affirmatiue: qñ pluribꝫ: tūc negatiue.

**Arguitur** septimo. superlatiuus nō potest teneri negatiue. ꝓbatur. superlatiuus non potest conuenire pluribꝫ. igit̄ non pōt teneri negatiue. tenet ꝯña. quia qij tenetur negatiue tunc conuenit pluribꝫ. ꝓbat̄ añs. Illud qd̄ per superabundantiā d̄r: non conuenit pluribꝫ: sed suplatiuus dicit̄ p supabundantiā. ergo. Maior est aristo. v. topicoꝝ vbi ostendit ꝙ illud qd̄ per supabundantiaz d̄r vni tm̄ conuenit. Minor quia superlatiuus importat excessum in summo. mō in summo non est excessus nec habundantia aliq ua. ¶ Dico veꝝ argumentuz concludit ꝙ superlatiuus cōuenit tantum vni quādo ꝓpō rattone ipsius exponit̄ affirmatiue. sed cū ꝓpō exponitur negatiue tunc potest conuenire pluribꝫ.

**Arguitur** octauo. modus exponendi ꝓpōis ratione superlatiui est insufficiens. ḡ littera pe. his. nōvz. ꝓbat̄. Aliqua est ꝓpō in q̄ suplatiuꝰ tenetur proprie ⁊ non potest exponi. vt pe. his. docet: ꝓbat̄ de ista. socrates est optimus plebis. ꝓbatur. qꝛ deberet sic exponi. socrates est bona plebs. modo hoc est falsum. socrates eī non est plebs. multi em̄ homines dicunt̄ plebs ⁊ non vnꝰ. ¶ Dico verum argumentū concludit ꝙ ista socrates est optimus plebis non debet absolute sic exponi. socrates est bona plebs. sed primo debz resolni ista. socrates est optimus plebis sic. socrates est optimus hominum inter plebes. ⁊ ista exponetnr ꝓm moduz pe. his. in tertia regula positum.

## Articulus decimus est de signis istis sicut magis quā valde: quā naturā habeant: ⁊ quomō ꝓpōnes verificari ⁊ exponi habeant ratione ipsoꝝ: Queritur vtrum determinatio logicorum de istis signis sicut magis q̄z valde sit sufficienter assignata.

PRo intellectione questionis mote Notandum est primo ꝙ hoc aduerbium Sicut quēadmodum alia aduerbia similitudinis possunt capi dupl̄r. Uno modo vt dicunt omnimodā similitudinē aut conueniētiam aliquoꝝ in aliqua qualitate principal̄r. licet in quantitate ex ꝯñti. ⁊ sic denotant qd̄libet ꝓcatum termini sequētis esse omnino simile ꝓcato termini precedentis in illa dispōne in qua fit cōparatio: vt iohs est ita doctus sicut petrus. que valet tm̄ ꝙ iohs ⁊ petrus sunt similes ad inuicem in doctrina ⁊ scientia. ¶ Sequitur corrollarie ꝙ accipiendo hoc aduerbium sicut ꝓprie hec est falsa. deus est ita bonus sicut homo. patz. quia valz tantū. deus est bonus et omnis hō est bonus: ⁊ hō est equaliter bonus cū deo. modo hoc est falsum. deus em̄ est essential̄r bonus. ⁊ hō scd̄m pauticipationē solū. ⁊ etiā deus habet infinitā bonitatem. ⁊ hō finitā: modo finiti ad infinitū nulla est ꝓportio. vt d̄r. viij. phicoꝝ. Similiter ista est falsa. cristus ꝓcessit de thalamo. idest de vtero marie virginis sicut sponsus. ⁊ earū negatiue sunt vere. ¶ Secundo capit̄ hoc aduerbium sicut vel aliud aduerbiū similitudinis. vt dicit aliqualē similitudinē vel conueniētiam aliquoꝝ in qualitate vel

in quãtitate. ⁊ sic denotat ꝑcatũ termini ꝑcedẽtis aliquo mõ esse simile ꝑcato termini sequentis. ⁊ sic ista est vera. deus est ita bonꝰ sicut homo. christus ꝓcessit de thalamo sicut sponsus. ¶ Sequit̃ corrollarie ꝙ ista est distinguenda deꝰ est ita bonꝰ sicut hõ: patz qꝛ si hoc aduerbiũ sicut dicit aliqualẽ similitudinẽ: ipsa est vera. Si aũt dicit omnimodam ⁊ perfectam similitudinem. ipsa est falsa

## Notãdum secũdo ꝙ de confusione ⁊ distributione aduerbioꝝ similitudinis logici cõmunes dant hanc regulam.

Ista aduerbia similitudinis: sicut magis q̃ valde. ⁊ eis similia: vt important omnimodam similitudinẽ vel cõuenientiã in qualitate aliqua vel quãtitate terminos cõmunes se sequẽtes non impeditos faciũt stare confuse distributiue mobiliter. vt socrates est ita fortis sicut homo. iste terminus cõmunis homo sequẽs hoc aduerbiũ sicut: stat confuse distributiue Similiter in ista. hõ est magis fortis asino. similit̃ in ista. socrates est fortior q̃ hõ. Similiter hic. socrates est valde fortis hominum. ¶ Dico notanter terminos cõmunes sequẽtes. qꝛ terminos singulares sequẽtes nõ distribuũt. vt dicendo. iohs est ita fortis sicut plato. Iste terminus singularis plato non distribuit̃. Ratio quia terminus iste distribuitur qui habet multa supposita actu vel aptitudine. dictum em̃ est in libro distributionũ. distributio est multiplicatio termini cõmunis per signuz vl̃e facta. modo terminus singularis nõ habz multa supposita nec habz inferius se essentialiter. sed est vltimũ. mõ vltimo nõ datur vlteriꝰ. ¶ Dicit̃ etiã in regula ꝙ aduerbia similitudinis terminos cõmunes sequẽtes distribuũt dũmodo eoꝝ virtus nõ impeditur. qꝛ si eorũ virtus impediretur nõ distribuerẽt. vt hic. socrates est ita fortis sicut omis hõ: iste terminus hõ non distribuit̃: sed stat determinate. qꝛ duo signa eiusdez virtutis. sez sicut omnis impediũt se sup vno termino in ꝓpõne nõ vl̃i: modo est regula in logica. quãdocũq; duo signa distributiua eiusdẽ virtutis impediũt se sup aliquo termino in ꝓpõne nõ vl̃i. vt singulari, indefinita vel particulari. dũmodo illa signa sunt eiusdem virtutis: talis terminus supponit determinate. vt in ista. hõ est ita fortis sicut q̃libet asinus.

## Notandu tertio ꝙ aduerbia similitudinis proprie sumpta important conuenientiã ⁊ comparationẽ in qualitate ⁊ principal̃r.

licet etiã ex ꝯñti important conuenientiam ⁊ comparationẽ in quãtitate. sed hoc est improprie: Ratio qꝛ aduerbia similitudinis important similitudinẽ. modo similitudo per se est in qualitate. Dicit enim aristo. v. metaph̃. Similia sunt quoꝝ qualitas est vna. modo quantitas non est qualitas. in quantitate aũt ꝓprie est equalitas. Equalia enim sũt quorum quãtitas est vna. ¶ Sequitur corrollarie primo ꝙ per aduerbia similitudinis importatur comparatio aliquoꝝ ad inuicem in aliqua qualitate. sz diuersimode. aliqua em̃ aduerbia similitudinis importãt cõparationẽ aliquoꝝ ad inuicẽ. sine excessu. vt ẽ hoc aduerbiũ sicut. Cũ em̃ dico. iohs est ita fortis sicut petrꝰ. ꝑcatur ꝙ iohs ⁊ petrus sũt equaliter fortes. Magis aũt ⁊ valde important cõparationẽ aliquorum ad inuicẽ cum excessu. Magis cum excessu mediocri. vt dicẽdo. iohs est magis doctus petro. Ratio quia positiuus captus cum aduerbio magis equiualet cõparatiuo. ⁊ ꝑcat idẽ qđ comparatiuus. vt dicunt grãmatici. modo per comparatiuũ importatur excessus mediocris. Sed hoc aduerbiũ valde importat excessum in summo ⁊ superlatiue. vt iohs est valde doctus inter homines. Ratio qꝛ positiuus captus cum aduerbio valde equiualet superlatiuo. ⁊ ꝑcat idẽ ꝙ suplatiuus. vt dicunt grãmatici. modo per suplatiuum importatur excessus in summo. ¶ Sequitue corrollarie scđo ꝙ aduerbia similitudinis ꝑcant eandem qualitatem inesse vni rei. non eandem qualitatẽ in numero. sed in specie. Ratio quia eadez qualitas in numero non reperitur in pluribꝰ rebꝰ. Dicit̃. vij. metaph̃ice. ꝙ accñs non migrat de subiecto in subiectum. Et. iiij. ph̃icorũ dicit̃ Idẽ non est in diuersis. sed bene eadẽ qualitas in spẽ põt esse in diuersis rebꝰ.

Notanduz quarto ⁊ vltimo ꝙ pro expositione propo
sitionum ratione aduerbiorum similitudinis: logici assignant quattuor regulas atten
dendas. Prima. Omnis ꝓpositio in qua ponitur hoc aduerbiū sicut. vel aliud aduer
bium similitudinis vt importat omnimodā similitudinē: habet exponi per tres expo
nentes. sic ꝙ in prima exponente positiuus ſm quē fit cōparatio predicetur de primo
comparato. similiter in scda exponente idem positiuus predicetur de secūdo compa
rato: sed in tertia exponente idem positiuus debet predicari de ambob⁹ comparatis.
cum ly magis vel minus. ita ꝙ secunduz cōparatoꝝ capiat̄ in obliquo casu cum illa
additione vel oratione (alio a se) ſm exigentiam congruitatis. vt patebit in exemplis.
Scda regula Si exposita est affirmatiua. prime due exponentes debent esse affir
matiue. ⁊ tertia debet esse negatiua. Si autem exposita est negatiua. tunc prime due
exponentes debent esse negatiue. ⁊ tertia debet esse affirmatiua. Tertia regula.
Termini eodem modo debent supponere in exponentib⁹ sicut supponunt in exposita
Quarta regula. Si exposita est affirmatiua tunc debet exponi copulatiue. i. expo
nentes debent coniungi per coniunctionem copulatiuam: ⁊ Si autez exposita est ne
gatiua. tunc debet exponi disiunctiue. hoc est. exponentes debent coniungi per coniū
ctionem disiunctiuam. Sequitur corrollarie primo ꝙ ista. socrates est ita sapiens
sicut homo. sic exponitur. Socrates est sapiens. ⁊ omnis homo est sapiens: ⁊ socra
tes quolibet alio homine a se non est magis nec minus sapiēs. Sequitur corrol
larie secundo ꝙ eius contradictoria scz ista. socrates non est ita sapiens sicut homo.
exponitur sic. socrates non est sapiens. vel homo non est sapiens: vel socrates aliquo
homine alio a se est magis vel minus sapiens. Sequitur corrollarie tertio ꝙ pro
positio in qua ponitur hoc aduerbiū sicut. vel aliud aduerbium similitudinis dummō
importat aliqualem similitudinem debet eodem modo exponi iuxta regulas predi
ctas. nisi ꝙ in tertia exponēte non ponat̄ hoc aduerbiuz magis. Sequitur corrol
larie quarto ꝙ ista deus est ita bonus sicut homo. exponitur sic. in qua hoc aduerbiuz
sicut importat aliqualē similitudinem. deus est bonus ⁊ homo est bonus: ⁊ deus ali
quo homine alio a se non est minus bonus. Sequitur corrollarie quinto ꝙ cōtra
dictoria eius scz ista. nullus deus est ita bonus sicut omnis homo. sic exponitur. deus
non est bonus: vel nullus homo est bonus: vel deus quolibet homine alio a se est mi
nus bonus. Istis notabilib⁹ sic stantib⁹ est.

Conclusio responsalis ista. Determinatio logicorum
de aduerbijs similitudinis. eoꝝ distributione ⁊ expositione. ꝓpōnum ratione eorū est
bene ⁊ sufficiēter assignata. Veritas cōclusionis patz ex his q̄ dicta sūt in notabilib⁹.

Arguitur primo. hoc aduerbium sicut non habet distribuere terminū cōmunē
sequentē. ergo. probat̄. qꝛ alias sequeret̄ ꝙ ista esset falsa. xp̄s ꝓcessit
de thalamo sicut sponsus. quā tamē ꝓpheta dauid ⁊ ecclia concedit. ꝓbatur quia de
scendendo ad aliquē sponsuz neq̄z ⁊ impudicum ex quo sponsus distribuitur pro om
nib⁹ sponsis. Dico verū argumentuz concludit ꝙ ista est falsa. christus ꝓcessit de
thalamo sicut sponsus. capiendo hoc aduerbiuz sicut vt dicit omnimodā similitudinē
tamē vt dicit aliqualem similitudinē p̄dicta ꝓpō concedit̄. ⁊ est vera.

Arguitur secūdo. hoc aduerbiuz sicut quādo distribuit non importat omnimo
dā similitudinez. ergo. ꝓbat̄ añs. in ista. socrates est ita magnus sicut
homo. aduerbiū sicut distribuit istū terminū homo. qꝛ non impedit̄ eius virtus distri
buendi per aliud signum distributiuuz. ⁊ tamen hoc aduerbium sicut non importat si
militudinē. ꝓbat̄ quia importat equalitatez. vt pz ex ſcatiōe ꝓpōis. modo equalitas
non est similitudo. Dicit̄ em̄. v. metaph̄. Similia sūt quoꝝ q̄litas ē vna. equalia sunt
quoꝝ q̄ntitas est vna. Dico verum argumentum cōcluderet si hoc aduerbiū sicut

in ꝓposito soluz diceret cõuenientiã aliquoꝝ in qualitate. sed hic accipiť cõmuniter vt indifferenť ỏt cõueniẽtiã aliquoꝝ in q̃litate. vel q̃ntitate. vel qua cũq; dispõe accñtali.

**Arguitur** tertio. hoc aduerbiũ sicut non importat conuenientiã aliquoꝝ in alia qua vna qualitate vel q̃ntitate. pbať. nec vna qualitas nec vna quantitas potest esse in diuersis ꝛ pluribꝫ reb. ꝛ ergo hoc aduerbiũ sicut non importat cõuenientiaz aliquoꝝ in vna qualitate vel q̃ntitate. Añs pbať. qz dicitur .vij. metaph. Accñs non migrat nec transit de subiecto in subiectum. Et .iij. phicoꝝ ỏz ꝙ idem nõ est in diuersis. ¶ Dico verũ argumentũ concludit ꝙ eadem qualitas ꝛ idẽ accñs in numero nõ põt esse in diuersis subiectis ꝛ reb. ꝫ bñ eadem qualitas in specie.

**Arguitur** quarto. hoc aduerbiũ sicut non distribuit terminũ cõmunẽ sequentẽ. pbatur in ista. socrates est ita fortis sicut aliquis homo. hic iste terminus homo non distribuitur. pbatur. quia in ista socrates est ita fortis sicut iste homo. iste terminus homo nõ distribuitur: quia est terminus singularis. ergo nec in ista. socrates est ita fortis sicut aliquis homo. tenz ꝓña a simili. quia in ambabus iste terminus homo restringitur. ꝛ etiã non videť ratio diuersitatis. ¶ Dico verũ argumentuz cõcludit ꝙ in ambabꝫ fit restrictio: sed non in eodem mõ: qz in ista socrates est ita fortis sicut iste homo. iste terminus hõ restringiť p ꝓnomen demonstratiuũ ꝑmittuum sic ꝙ non ꝑmittiť stare ꝓ pluribꝫ sed ꝓ vno solo tantũ: Sed in ista socrates est ita fortis sicut aliquis hõ. iste terminus hõ restringitur. sed eq̃ bñ stat ꝓ pluribus. vt dictum est in suppositionibꝫ circa suppõnem determinatã.

**Arguitur** quinto. hoc aduerbiũ magis non habet distribuere terminum cõmunem sequentẽ. pbať. in ista socrates est magis sapiens rege: hoc aduerbiũ magis non distribuit istũ terminũ sapiens. quia aduerbia similitudinis distribuũt terminũ ꝟcantẽ scõam rem cõparatã. sed sapiẽs non ꝟcat rem cõpatã secũdam sed ꝟcat illud in quo fit cõparatio vnius rei ad aliaz. ¶ Dico vez argumentũ concludit ꝙ in ista socrates est magis sapiens rege. sapiens non distribuiť. quia non ꝟcat rẽ compatã scõam. sed iste ablatiuus rege ꝟcat eã ꝛ etiam distribuitur. Rõ huius quia in exponentibus negatio fertur sup illũ ablatiuuz rege ꝛ non sup illum nominatiuum sapiens. vt dictũ est in notabili quarto. Similiter in ista. magis forte aial est leo q̃ asinus. qz aial non ꝟcat rem scõo cõpatã sed ꝟcat rem ꝓmo comparataz.

**Arguitur** sexto. hoc aduerbiũ magis etiam distribuit terminũ ꝟcantez: illud in q̃ fit cõparatio rerũ ad inuicem. pbať in ista. deus est magis bonus bonitate hominis. in qua ablatiuus bonitate distribuitur per hoc aduerbium magis: et tamẽ bonitate ꝟcat qualitatem in qua fit cõpatio. Q; aũt iste ablatiuus bonitate distribuitur patz. quia bonitate ꝟcat scõaz rem compataz cũ isto genitiuo hominis: mõ terminus ꝟcans scõam rem cõpatam distribuitur vt dictũ est ante. ¶ Dico verum argumentũ cõcludit ꝙ terminus ꝟcans qualitatem in qua aliqua compari possunt aliquãdo distribuiť: sed non vbr ꝛ semp. tunc potest distribui quãdo additur alteri termino cum quo importat scõm compatuz. ꝛ sic fit in ꝓposito. addiť eñ ille ablatiuus bonitate huic genitiuo hominis. que ambo simul iuncta ꝟcant scõam rem compatam.

**Arguitur** septimo. hoc aduerbiũ magis non habz distribuere. pbať. quia si haberet distribuere aliquem casum vel ergo nominatiuũ vel etiã aliuz casum. Non tñ nominatiuũ. quia etiam distribuit genitiuũ. dicendo. magis interest rustici arare q̃ militis. similiť distribuit datiuũ. vt magis placz studenti studere q̃ vagari. Sed ꝙ hoc aduerbiũ q̃ debet solũ distribuere vnum casum. quia idem solũ facit idem. vt dicit scõo de gñratione. ¶ Dico ꝙ hoc aduerbiũ magis cõpatiue tenuz distribuit nominatiuũ ꝛ etiã alios obliquos. sed differenter: quia ablatiuum aliquando distribuit sine q̃. vt socrates est magis fortis asina. aliquãdo mediante q̃ vt magis volo carere caliga q̃ tunica. similiter genitiuũ ꝛ datiuũ vt exemplificatũ est simi

liter accusatiuum. vt magis delectabile est bibere vinū q̄z aquam.

**Arguitur** octauo t vltimo. Hoc aduerbiū q̄z non habet distribuere. Probat. quia tūc nunq̄z posset addi huic aduerbio magis in ꝓpositiōe. quod tamē falsum est. Sepius em̄ in vna t eadē ꝓpositione ponit magis t q̄z. vt magis volo carere caliga q̄z tunica. Probat aūt q nūq̄z pōt poni cū magis. qz tunc semp se impedirent exquo ambo distribuūt. t sic termin⁹ cui adderet hoc aduerbiū magis nō distribueret. Est em̄ regula in logica. qñ in aliqua ꝓpositione ponunt duo signa ambo distributiua: vnū impedit alterū. t vnū tollit virtutē alteri⁹. t terminus sup quē ferunt stat aut confuse aut determinate. vt dicet in vltimo articulo. ¶Dico vel argumentū concludit qñ in aliqua ꝓpositione ponunt duo signa distributiua: q̄ habet p se distribuere: tunc vnū tollit virtutē alterius. modo sic non est in ꝓposito. qz hoc aduerbiū q̄z nō habet distribuere sine aduerbio magis vel alio aduerbio cōparatiuo: licet hoc aduerbiū magis habz distribuere in hoc aduerbio q̄z: t sic argumentū nō cōcludit. ¶Sequit corrollarie ꝓmo q ista ꝓpō est vera t cōcedenda. aliqō animal qō est fortius cane non est magis forte aliquo animali. patet in certo casu. sint em̄ tria animalia. canis leo t draco. canis fortis. leo fortior. t draco fortissimus. tunc ꝓpō verificatur de leone. patz inspicienti suppōnes terminoz. qz iste terminus animal in principio ꝓpositionis supponit determinate t etiaz in fine. ¶Sequit corrollarie scōo q ista etiā est vera. animal qō est debilius cane est magis forte oīi animali. patz in tali casu. sint tria animalia. pulex musca t canis. pulex sit fortis. musca fortior. t canis fortissimus. ꝓpositio ista verificatur de musca.

## Articulus vndecimus est de bis dictionibus. differt.

aliud. non idem. diuersum. t similib⁹. similiter de hijs dictionib⁹ semper t ab eterno q̄modo terminos se sequētes a se rectos habēt cōfundere t distribuere: t quomō ꝓpositiōes ratione ipsoz habēt verificari t exponi. Querit vtrū littera Pe. hisp. de his verbis: differt aliud: non idē t diuersuz sit sufficienter posita. Et vtrum determinatio logicoz de his signis semp t ab eterno sit bene assignata.

¶Pro intellectione huius questionis mote Notandū hec questio duo querit. primo querit vtrū littera pe. hisp. de his dictionib⁹ differt aliud nō idez diuersum sit sufficienter assignata. scōo querit vtrū determinatio logicoz de his signis semp t ab eterno sit bene posita. Pro intellectione prime partis questionis.

## Notanduz primo q pe. hispa. in textu de his dictionibus. differt. aliud. non. idem. diuersum quatuor ponit regulas. quarū prima est ista.

Differt aliud diuersuz solū conueniūt veris entib⁹ t veris reb⁹. Dicit em̄. x. metaph. q non ens enti non est idem nec diuersuz. similiter etiā ens non enti nō est idem nec diuersuz. Et. v. metaph. dr q alietas t differētia solū cadūt inter entia existētia. Pro cuius intelligētia notandum q alietas t differentia capit dupl'r. Uno modo ꝓprie: t sic verū est q alietas t differentia solum est inter entia actu in natura existētia. t sic homo differt ab asino. similiter homo est diuersus a lupo. sed hō nō differt a chymera. nec est diuersa ab homine. qz nō est. similiter chymera nō differt nec est diuersa a tragelapho aut hircoceruo. quia nullā illoz est in natura. Scōo alietas t differentia capiunt cōmuniter pro diuersitate aliquozū ad inuicem. non curando an ambo sint in natura vel vnū illoz tantū vel nullū illozū. t sic hō differt a chymera: licz chymera non sit. t sic etiā chymera differt a tragelapho vel hircoceruo. licet nullū sit in natura. ¶Scōa regula quā ponit pe. hisp. in textu est ista. Ablatiuus rectus ab illis verbis differt aliud diuersum mediante ꝓpositione a vel ab: si talis ablatiu⁹ sit distribuibilis

non supueniente aliquo signo talē distributionē impediente. vt socrates differt ab asi
no: iste ablatiuus asino supponit cōfuse distributiue ratione huius verbi differt. Si-
militer hic. iohs est aliud ab asino. similiter hic. iohs est diuersus ab asino. ¶ Sequi-
tur corrollarie q̄ in ista. a socrate differt hō. hō non distribuit. qz non regit ab illo ver
bo differt mediante p̄positione a vel ab. sed supponit determinate. ¶ Sequit corrol-
larie scdo q̄ in ista socrates differt anima rōnali ab asino. anima rōnali nō distribuit
sed supponit determinate. qz non regit ab isto verbo differt mediante p̄positione a vl
ab. ¶ Sequit corrollarie tertio. socrates differt a petro. petro non distribuit. sed sup
ponit singulariter ⁊ discrete. Ratio qz iste terminus petro nō est aptus ad suscipiēdū
distributionē: huius verbi differt. iste em̄ ablatiuus petro est terminus singularis. mō
terminus singularis non potest distribui. ¶ Sequit corrollarie quarto q̄ in ista. socra
tes differt a chymera. iste ablatiuus chymera non distribuit. Rō quia terminus qui
debet distribui debet supponere. mō chymera est terminus fictus. qui sm̄ logicam cō
munem non supponit personaliter: nec distribuit. tamē de illo latius est dictum in fi-
ne tractatus suppositionū. si termini ficti possunt supponere vel non.

## Notandum secūdo. Tertia regula quā pe. his. ponit est

ista. Propositio affirmatiua de differt debz exponi copulatiue per tres exponentes.
in quaꝝ prima predicatū predicat de isto qd differt ab alio. in scda idem p̄dicatū p̄-
positionis debz affirmari de eo a quo aliquid differt. tertia negat vnū illoꝝ de alio.
vt hō differt ab asino. sic exponit. hō est. ⁊ omnis asinus est. ⁊ hō non est asinus. sic si-
militer dicat de ista. homo est aliud ab asino. que exponitur sic. homo est. ⁊ omnis asi-
nus est. ⁊ homo non est asinus. ¶ Quarta regula quā ponit pe: his. est ista. Contradi
ctoria p̄pōnis de differt affirmatiua habet exponi contrario modo. exponit em̄ disiun
ctiue ⁊ per contradictorias illaꝝ p̄pōnuz per quas exponebatur p̄pō affirmatiua de
differt. vt patz de ista. nullus hō differt ab asino. exponitur disiunctiue sic. nullus ho-
mo est. vel asinus non est. vel omnis hō est asinus. Ratio. qz sicut se habent exposite
in exponēdo: sic ⁊ exponentes eaꝝ. vt dictū est ante. ¶ Sequit corrollarie primo q̄ in
ista. socrates differt ab omni homine. iste ablatiuus homine no supponit distributiue:
licet sequit hoc verbū differt. Ratio. qz superuenit aliud signū eiusdem virtutis cuz
differt. scz omni. ⁊ per ꝯñs vnum impedit aliud: ⁊ sic iste terminus homine supponit
determinate. Unde logici cōmunes generalr assignant duas regulas quomodo ter
minus cōmunis supponit: sup quē ferunt duo signa eiusdē virtutis se mutuo impediē
tia. Prima regula. quando duo signa eiusdē virtutis ferunt sup aliquo termino cō
muni in p̄pōne non vniuersali: vt in particulari indefinita vel singulari. tunc talis ter-
minꝰ cōmunis sup quo se mutuo impediūt. supponit determinate. patz de ista. socra-
tes differt ab omni homine. iste ablatiuus homine supponit determinate. similiter in
ista. hō differt ab omni asino. iste ablatiuus asino supponit determinate. Secūda
regula. qñ in aliqua p̄pōne vl̄i duo signa distributiua feruntur sup eundē terminū cō
munē: tūc talis terminus communis supponit confuse tm̄. vt patz in ista. om̄is homo
differt ab omni asino. iste ablatiuus asino supponit confuse tantum. Sequit cor-
rollarie q̄ in ista. non bis bibi vinū. iste accusatiuꝰ vinuz non supponit confuse tantū
licet sup eū in p̄pōne vl̄i ferunt duo signa scz bis ⁊ nō. sed supponit distributiue. Rō.
quia ista duo signa nō sūt eiusdē virtutis. qz nō confūdere terminū cōmunē sequē
tē cōfuse distributiue: sz h̄ signū bis: terminū cōmunē sequētē hz cōfūdere cōfuse tm̄.

## Notanduz tertio. Secunda pars questionis quesiuit

de istis signis semper ⁊ ab eterno quomodo habent distribuere ⁊ confundere. Pro
quo. Notandū q̄ hoc signum semper capitur duobꝫ modis. Uno modo cathegore-
matice vt quādo ponit a parte predicati. ⁊ sic valz tm̄ sicut sempiternus vt deus est

semper.i.sempiternus.sincathegozema eñ positum a parte p̃dicati est cathegozema vt dicit regula cõmunis logicoz.Scõdo hoc signũ semp capitur sincathegozematice ꝛ cõfcatiue.ꝛ sic dupliciter.Primo vt valz tantũ sicut frequenter.vt cũ dicimus.iste studet semp.i.frequenter:non admittens interruptionẽ in studio suo.non enim omni tempore studendũ est:sed vt frequenter.Vñ ꝛ Seneca in libello de quattuoz virtutibz cardinalib̃ persuadet.Non semp in actu sis:sed animo tuo aliquãdo requiẽ dato. Secũdo semp sincathegozematice sumptũ valz tm̃ sicut omni tempoze.ꝛ sic semper est sincathegozema vniuersale affirmatiuum impurum:ꝛ sic includit oratiõnẽ composituã ex termino communi ꝛ sincathegozemate vniuersali affirmatiuo. Isto modo coꝛrespondet ei actus ꝛ conceptus.actus distribuendi ꝛ conceptus fcandi.quia fcat tempus.Et ponitur talis regula de isto signo semper .Hoc sincathegozema semper positum in ꝓpositione facit eam vl'em ꝛ terminũ inclusum facit supponere confuse distributiue.terminum aũt expꝛesse positum facit stare ꝛ supponere confuse tantum.vt in ista semp hõ fuit.quevalz tm̃.omni tempoze homo fuit.in qua tempoze supponit cõfuse distributiue.ꝛ homo confuse tm̃.ꝛ vlterius ista.omni tempoze homo fuit.resoluit omne tempus est in quo homo fuit. Sequit coꝛrollarie q̃ ista hipporetica est vera.fm positionẽ aꝛist.semper homo fuit.ꝛ tamen nullus homo fuit semper.patet quia ambe eius partes sũt vere.Q̃ prima pars sit vera semper homo fuit.patz.qꝛ homo supponit cõfuse tm̃.modo sub termino supponẽte cõfuse tantũ nõ oportet dare certũ suppositũ.Phice aũt ꝛ fm aꝛist.pbarek sic:gñatiões ꝛ coꝛruptiões sũt ab eterno.sz hõ ẽ gñabilis ꝛ coꝛruptibilis ꝛ p ꝯs semp hõ fuit:motꝰ eñ celi fm aꝛist.viij. phico rũ semp fuit.motꝰ aũt celi ẽ cã gñatõis ꝛ coꝛruptõis reꝝ.Dr eñ.ij.de gñatiõe.Accessus solis ẽ cã gñationis.recessus aũt cã coꝛruptõis.Sz q̃ ista scõa pars sit vera nullꝰ hõ fuit semp pz qꝛ hõ supponit cõfuse distributiue p q̃libet homine.mõ nullus põt dari hõ q̃ fuit semp.Dr eñ pmo celi.oẽ gñabile ẽ coꝛruptibile.hõ aũt ẽ gñabile Dicit eñ.ij.phicoꝛ.hõ gñat hominẽ ꝛ sol.ꝛ p ꝯs hõ est coꝛruptibilis.Et Poꝛphirius dicit q̃ hõ est animal rationale moꝛtale.ꝛ p ꝯs nullus homo fuit semper.

**Notãdũ quarto ꝛ vltio q̃ hec dictio eternus vel eternũ capit dupl'r.** Uno mõ sicathegozematice.i.cõfcatiue.ꝛ sic vz tm̃ sicut omi tẽpoze ꝛ sic etnũ vt in plurimũ capit in ablõ.vt ab eterno.tm̃ nõ est intelligẽdũ q̃ ab eterno sit aduerbiũ:sz hz simile terminationẽ cũ aduerbio:ꝛ est ab eterno aduerbiũ tẽpoꝛis. Alio mõ eternꝰ vl' eternũ capit cathegozematice ꝛ fcatiue.ꝛ sic eternꝰ vel eternũ vz sicut ens carẽs ꝓncipio ꝛ fine.ꝛ sic deꝰ ꝓprie dr eternꝰ.ꝛ isto mõ fm fidẽ tm̃ vnũ est eternũ.tm̃ fm pbiam mlta sũt etna.fm eñ aꝛist.viij.phicoꝛ.mũdꝰ ẽ eternꝰ. Silr.ij. de gñatiõe dr q̃ gñationes ꝛ coꝛruptiões sũt ab eterno.Silr motus celi ꝛ tpũs fm aꝛisto.dicunt etna.Et dr eternũ q̃si extra terminos.i.ꝓncipiũ ꝛ finẽ.qꝛ eternuz caret ꝓncipio ꝛ fine. De isto aũt sincathegozemate ab eterno vl' eternus:qõ q̃libz capit sincathegozematice logici talẽ dãt regulã.Hoc sincathegozema ab eterno vl' eternꝰ sincathegozematice captũ.ẽ signũ vl'e impuꝛ:terminũ cõem includz cõfudit cõfuse distributiue.terminũ aũt expꝛesse positũ:cõfuse tm̃:vt ab eterno hõ fuit q̃ resoluit sic. ante oẽ instãs ꝛ tempꝰ:ꝛ post oẽ instãs ꝛ tps.sz alij dicũt q̃ vz tm̃ sicut añ oẽm mẽsurã:ꝛ post oẽm mẽsurã hõ fuit.iste terminꝰ instãs vel tps includz supponit confuse distributiue.sz iste terminꝰ hõ cõfuse tm̃. Sequit coꝛrollarie ꝑmo.q̃ sicut dr d isto aduerbio ab eterno vl' eternus.sic dr de isto aduerbio inetnũ.vt ineternũ erũ mũdꝰ.iste terminꝰ mũdꝰ supponit ꝯfuse tm̃. Sequit coꝛrollarie scõo q̃ ista hipporetica copulatiua est ꝑa.ab eterno fuit hõ.ꝛ tm̃ nullꝰ hõ fuit ab eterno.Q̃ ꝑma ps sit vera qꝛ hõ supponit ꝯfuse tm̃.mõ sub termino supponẽte ꝯfuse tm̃:nõ oportz dare certũ suppositũ. Et etiam ideo:qꝛ gñationes ꝛ coꝛruptiones rerum sunt ab eterno.modo homo est gñabilis:ꝛ per ꝯs homies fuerũt ab eterno similiter motꝰ solis est causa gñatiõis

hominū. dr enim. ij: phicoꝝ. homo generat hominē ⁊ sol. ⁊ per ꝯñs homines fuerunt ab eterno. Sed ꝙ secūda pars istiꝰ copulatiue sit vera. scz nullus homo fuit ab eterno. quia omnis hō est generabilis ⁊ tempore incipit. modo generabile est corruptibile. ⁊ qđ tempore incipit tēpore desinit. vt patz. iiij. phicoꝝ. Istis notabilibꝰ sic stātibꝰ ē.

## Conclusio responsalis. Determinatio pe. his. de istis

dictionibꝰ differt aliud diuersum. Similiter determinatio logicoruz de istis sincathegorematibꝰ ab eterno ⁊ semp. est sufficienter assignata. Veritas huius conclusionis patet ex notabilibꝰ:

**Arguitur** primo. Iste dictiones differt aliud diuersum nō distribuūt terminuz immediate sequentem cōfuse distributiue. ꝓbaꝛ̄ quia terminus immediate sequēs hec verba differt aliud diuersuz. est prepositio a vel ab. modo p̄pō non pōt distribui. ꝓbaꝛ̄ quia distributio est multiplicatio termini cōmunis. modo nullum sincathegorema est terminus. partes autē indeclinabiles sunt sincathegoremata. vt ostendit pe. his. in primo tractatu capitulo de verbo. Qꝛ aūt nulluz sincathegorema sit terminus. patet quia terminus est pars ꝓpōis. sincathegorema autē non est se solo pars ꝓpositionis. vt concedunt omnes logici. exquo sincathegoremata non sunt nomina. ¶ Dico verum argumentū concludit ꝙ iste dictiones differt aliud diuersuz distribuūt immediate terminos sequentes q̄ apti nati sunt ad distribuendū. modo p̄positiones nō sunt apte ad distribuendū: sed termini cōmunes recti ab illis dictionibus differt aliud diuersuz mediāte p̄positiōe a vel ab supponūt confuse distributiue.

**Arguitur** scđo. In ista ꝓpositione: socrates differt ab homine. iste ablatiuus homine non supponit confuse distributiue. ergo. ꝓbaꝛ̄. quia duo signa distributiua impediunt se super isto termino homine. modo qñ duo signa se impediunt super aliquo termino: tunc talis terminus non distribuitur. vt dictum est ante. Sz ꝙ hic duo signa se impediunt. patz. quia ista signa differt ⁊ ab. ⁊ qđlibet illoꝝ habet distribuere. Qꝛ illa p̄positio ab hz distribuere. patz. qꝛ importat carentiam. dicendo. io hannes est ab pecunia. i. sine pecunia. mō dictiōes importantes carentiaz habent distribuere: ¶ Dico veꝝ argumentū concludit ꝙ illa p̄pō a vel abs quando importat carentiā tunc habet distribuere. sed hic in ꝓposito importat distinctionem vel separationem. ⁊ sic argumentum non concludit.

**Arguitur** tertio. hoc verbū differt non distribuit. ꝓbaꝛ̄. qꝛ si sic maxime ratione negationis incluse. modo differt non includit negationē. ꝓbaꝛ̄. quia alias sequereꝛ̄ ꝙ esset complexū. ꝓbatur. qꝛ illud qđ includit ꝯcationem verbi ⁊ negationē est complexū. modo cōstat ꝙ differt non est complexum. probaꝛ̄ qꝛ illud qđ poniꝛ̄ in predicamēto relationis: non est complexū. sed differt ponitur in p̄dicamento. ergo differt non est complexū. Maior est nota ex prima diuisione antepredicamentali Minor: quia differt ponitur in predicamento relationis: quia differēs dicitur ad idē relatiue. ¶ Dico veruz argumentū concludit ꝙ illud qđ includit ꝯcationē verbi ⁊ negationē formaliter est cōplexum. modo differt includit negationē virtualiter solum. si enim differt includeret negationem formaliter: tunc faceret ꝓpōnez negatiuā: qđ est falsum. hec enim est affirmatiua. socrates differt ab asino. quia resoluitur in affirmatiuam sic. socrates est differens ab asino.

**Arguitur** quarto. Aliud ab. etiam conueniūt non entibꝰ. ergo prima regula falsa. ꝓbaꝛ̄ añs. chymera est aliud ab homine. igitur aliud etiaz cōuenit non entibꝰ. ꝓbatur añs. Illud qđ non est homo est aliud ab homine. chymera nō est homo. ergo chymera est aliud ab homine. Maior est nota. sicut in simili. asinus non est homo. ergo asinus est aliud ab homine. Minor est nota ꝙ chymera nō est homo chymera enim est ens ymaginatū ex capite virgineo. ventre leonino. ⁊ cauda serpē-

tina. ¶Dico verꝝ argumentū concludit ꝙ alietas aut differentia cōmuniter sumpta bene conuenit non entib⁹.sed alietas ⁊ differentia ꝓprie sumpta solum conuenit veris entib⁹:vt dictū est in notabili primo:

**Arguitur** quinto:Eternū cathegorematice sumptum non valz tm̄ sicut ens carens principio ⁊ fine,ꝓbat̄ qꝛ sequeret̄ ꝙ anima hominis esset eterna,ꝓbatur. Illud est eternū quod caret principio ⁊ fine. Sed anima hominis caret principio ⁊ fine.ergo: Maior pz ex diffinitiōe eterni.minor patz.qꝛ anima hominis est indiuisibilis:sed in re indiuisibili non est principiū neqꝫ finis vt dicit̄.vi.phicoruz. ¶Dico verꝝ argumentū cōcludit ꝙ anima hominis nō hz principiū quātitatiuū.sed bene habz principiū durationis.qꝛ ipa incepit esse per creationē.⁊ sic eternū est qd̄ caret principio ⁊ fine durationis.

**Arguitur** p̄mo. ab exclusiua ad ei⁹ p̄iacentē. ꝑña non valz. igit̄. (gularū. p̄bat. qz hic non sequit. nō tm̄ hō est animal. igit̄ hō nō est animal. p̄bat. qz añs est verum. s. nō tm̄ hō est anial. qz asin⁹ equ⁹ etiā est animal. ꝛ tm̄ ꝑñs est falsuz: hō est anial. qz in ea gen⁹ negat̄ ō spē: mō ois ꝓpō est falsa in qua gen⁹ negat̄ de spē. vt dicit p̄mo posteriozꝝ. ¶ Dico vez argumentū concludit q̄ arguendo ab exclusiua affirmatiua ad ei⁹ p̄iacentez est bona ꝑña. mō hic arguit in negatiuis. ꝛ sic argumentum non concludit.

**Arguitur** scōo. ꝓpō exclusiua est illius quantitatis cui⁹ est sua p̄iacens. igit̄ declaratio p̄me regule nō valz. p̄bat sic. qz ista est indefinita. homo est animal. que est p̄iacēs hui⁹ exclusiue. tm̄ hō est animal. ꝛ tamē ista. hō est animal nō est indefinita. p̄bat. Indefinita est illa in qua subijcit terminus cōmunis sine signo. sz hic subijcit termin⁹ hō cū isto signo tm̄: igit̄ tantū homo est animal. non est indefinita maioꝝ patz ex diffinitione ꝓpositionis indefinite in p̄mo tractatu pe. hispani. minoꝝ est nota qz in ea subijcit iste terminus cōmunis homo cū isto signo tantū. ¶ Dico vez argumentū cōcludit q̄ licz in ista tm̄ hō est animal subijcit iste terminus cōmunis hō cum isto signo tm̄. hoc tamē signū tm̄ non est signū quantificatiuuz: licet sit exclusiuū. mō diffinitio ꝓpōis indefinite intelligit̄ q̄ ꝓpositio indefinita est illa in qua subijcitur terminus cōmunis sine signo quantificatiuo.

**Arguitur** tertio. Arguendo a ꝓpone in qua predicatū ponit̄ sine dictione ad eādem in qua signū exclusiuū addit. ꝑña non valz. p̄bat. non est possibile eandem ꝓpōnem poni in añte ꝛ in ꝑñte. ꝛ per ꝑñs arguere a ꝓpone in qua ponit̄ predicatū sine dictione exclusiua ad eandem in qua predicatum ponitur cum dictione exclusiua: consequentia non valet. p̄zobatur. quia idem in numero non reuertitur scōo. de generatiōe. vt in p̄dicamentis ōz Quod semel dictū est amplius repeti non p̄ot. Dico vez argumentū cōcludit q̄ eadē ꝓpō non potest poni in antecedente ꝛ cōsequente vez est in numero. sed in specie. ꝛ sic etiā id q̄d semel dictū est. amplius non potest repeti. vez est in numero. sed bene in specie.

¶ Arguitur quarto. Adhuc regula quarta decima non valet. p̄zobatur. quia hic non

valet consequentia. Joānes est baccalaurius. igitur. iohs est tantū baccalaurius: qz antecedēs est verū. z consequēs falsum. ¶ Dico vez argumentū cōcludit z hec ꝓña bene valet. iohs est baccalaurius. igiť iohs est tantū baccalaurius: quando tenetur hoc signū tantū gratia alteratis: z tunc valet tantuz. iohs est tm̄ baccalaurius. id est iohs non est aliud a baccalaurio. z hoc est vez. cuz hoc tamē stat ꝙ etiā est magister Si aūt hoc signum tantū tenetur gratia pluralitatis. tūc ipa est falsa. qz valet tm̄: iohānes est baccalaurius z non plus q̄z baccalaurius. modo hoc est falsum. quia etiā est magister. Similiter dicatur de ista consequentia. iohs est magister. igiť iohs est tā tū magister. ponendo ꝙ etiā sit baccalaurius:

**Arguitur** quinto Ab inducentib⁹ ad inductā consequentia non valet. pbatur. Adam non est. noe non est. aristo. nō est. z sic de singulis mortuis. igitur. omnis homo non est. añs est vez. z consequēs falsum. quia omnis hō qui viuit ē ¶ Dico vez argumentū concludit ꝙ inductio debet fieri p̄ inferioza in supponendo z ꝛcando simul ad inductam: qō hic non fit. sed hic solum fit inductio p̄ inferioza in significando tantū. z p̄ consequēs argumentum non concludit.

**Arguitur** sexto Ab inducentib⁹ ad inductam non est argumentū bonū. pbatur sic Inductio nō est possibile: igiť. pbaťz. inductio fit per numerationē singulariū. sed singularia non possunt numerari. igiť. Maio⁹ est nota. mino⁹. quia singularia sunt infinita: modo infinita non possunt numerari neq̄z pertransiri. vt dicitur p̄imo phicoꝝ ¶ Dico verū argumentū concludit ꝙ singularia non possunt numerari omnia expresse z formaliter: sufficit tamen ꝙ implicite z virtualiter includuntur in ista particula: z sic de singulis. que debz addi necessario in inducentib⁹

**Arguitur** septimo ab est tertio adiacēte ad est scōo adiacens consequentia nō valet. pbatur sic: hic non sequiť. nullus hō currit. ergo nullus homo est. pbatur. quia antecedens est vez. z consequēs falsum. ¶ Dico ꝙ regula tenet affirmative: sed non negative. Ratio quare non valet negative. quia remoto posteriori vt cursu: nō remouet p̄ius vt esse. si em̄ res actu nō currit. adhuc potest esse.

**Arguitur** octauo. Nulla est ꝓpositio de est tertio adiacente. igiť determinatio autoris non valet. pbaťz añs. quia in omni ꝓpone hoc verbū substantiuū est vt copula est scōm. vt homo est animal. similiter in ista. homo est. ¶ Dico vez argumentū concludit ꝙ in ꝓpone de est tertio adiacente copula z verbum substantiuū est fm. quo ad vocem z constructionē: non tamē est fm ordinē intelligendi: qz p̄ius intelligitur subiectū z predicatū: que sunt duo p̄incipia ꝓpositionis: q̄z copula. p̄ius enim naturaliter intelliguntur copulabilia q̄z ipsa copula. quia copulabilia presupponunť ante actualem copulationem.

## Queritur vltimo circa tractatū consequentiarū Atrī

quinq̄z regule vltime sint sufficienter assignate.

PRo intellectione questionis mote Notandū est p̄imo ꝙ decimaseptima regula quaz autoꝝ ponit in textu est ista. Arguendo a tota copulatiua ad alteram eius partē. est bona consequentia. vt bene sequiť. socrates currit z plato disputat. igitur socrates currit. Intelligiť aūt hec regula ꝙ arguendo a tota copulatiua ad alterā ei⁹ partem siue diuisim siue coniunctim. est bona cōsequētia. diuisim. vt hic. homo est animal: z deus est. igitur deus est. coniunctim. vt homo est animal. z deus est. igiť. homo est animal. z deus est. ¶ Ratio quia in tali argumētatione impossibile est antecedēs esse vez sine consequente. qō requiritur ad bonaz consequentiam. intelligiť scōo regula ꝙ arguendo a tota copulatiua ad alterā eius partē. quia econuerso a parte ad

totā copulatiuā ꝯña nō valet: vt non sequit̄. homo est animal. igitur homo est animal ⁊ asinus currit. qꝛ stat añs esse verꝝ: ⁊ consequēs esse falsum. Rō aūt quare valꝫ arguere a tota copulatiua ad quālibꝫ eius partē. qꝛ copulatiua ypotetica equiualet virtualiter vniuersali affirmatiue. mō ab vniuersali affirmatiua valet arguere ad quamlibet eius singularē. vt bene sequit̄. omnis homo currit. ergo iohs currit ⁊ petrus. Et sicut non valet arguere ab vna singulari ad vniuersalē: sic nec a parte copulatiue ad totā copulatiuā. staret em̄ añs esse verum ⁊ ꝯñs falsum vt dictum est ante. Deinde autoꝛ ponit regulā decimāoctauaꝫ. ⁊ dicit ꝙ arguendo a toto copulato ad eius partez. cōsequētia non valꝫ. vt non sequit̄. socrates ⁊ plato trahunt nauez. ergo socrates trahit nauē. antecedens est verum. posito ꝙ socrates ⁊ plato iuncti simul possunt trahere nauem. ⁊ nullus eorum per se. ⁊ consequens erit falsum. Sequitur corollarie ꝙ quando illa coniunctio ⁊ mediat inter ꝓpositiones: tunc facit ypoteticam copulatiuaꝫ: ⁊ tenetur copulatiue. sed quando mediat inter terminos: tunc facit ꝓpōnē cathegoricam de copulato extremo: ⁊ tenet̄ copulatim aliquando de copulato subiecto. vt iohānes ⁊ petrus currunt. que est vna cathegorica de copulato subiecto. qꝛ mediat inter partes subiecti. aliquando autem facit cathegoricā de copulato predicato: quādo mediat inter partes predicati. vt iohs currit ⁊ legit.

## Notandum secundo. Regula decimanona quā autoꝛ

ponit in textu est ista. Arguendo a tota disiunctiua posita pro antecedente cū destructione vniꝰ partis ad alteram partē non destructā: consequētia bene valꝫ. vt bene sequitur. socrates currit vel plato disputat: sed socrates non currit. ergo plato disputat. Similiter hic. tu es homo vel tu es asinus. sed tu non es asinus. ergo tu es homo ¶ Sequit̄ corrollarie ꝙ destruere vnam partē disiunctiue est eius oppositum contradictorium sumere. vnde ⁊ regula intelligitur de opposito contradictorio partis disiūctiue. ⁊ non contrario vel subcontrario. Alij logici de disiunctiuis addunt aliaꝫ regulā istam arguendo a parte disiunctiue principali ad totam disiunctiuam: consequentia bene valet. sed econuerso. a tota disiunctiua ad alteram eius partē principalem ⁊ materialem. consequentia non valet. Exemplum primi. vt bene sequit̄. socrates currit. ergo socrates currit vel plato currit. ¶ Similiter bene sequit̄. deus est. ergo deus est vel homo est asinus. Exemplum secundi. vt non sequit̄. socrates currit vel plato currit. ergo socrates currit.

## Notanduꝫ est tertio. vigesima regula quā autoꝛ ponit

in textu est ista. Arguendo a tota conditionali cū positione antecedentis ad positionē consequentis. cōsequētia bene valet. vt si homo currit animal currit. sed homo currit igit̄ animal currit. Rō. qꝛ ibi arguit̄ ab inferiori ad superius affirmatiue. vñ ponere añs est ipm añs in ꝓpria forma sumere pro minori. tota cōditionali posita pro maiori Sꝫ ponere ꝯñs est ipm ꝯñs in ꝓpria forma sumere ꝑ conclusione ¶ Sequit̄ corrollarie primo ꝙ arguendo a tota conditionali cū positione ꝯñtis ad positionem añtis. consequētia non valꝫ. vt non sequit̄. si homo currit animal currit. sed animal currit. ꝯ homo currit: qꝛ in isto argumēto arguit̄ a superiori ad inferius affirmatiue ⁊ sine distributione. que ꝯña non valꝫ ¶ Sequit̄ corrollarie scdo ꝙ argnendo a tota conditionali cum positione ꝯñtis ad positionem antecedentis ꝯña non valet. sed est fallacia petitionis principij. quia enim valet arguere ad positionez antecedentis ad positionē consequentis sꝫ est falsa petitionis principij. quia em̄ valꝫ arguere a positione antecedentis ad positionē consequētis crederet aliquis econuerso ꝙ valeret arguere a positione ꝯñtis ad positionez antecedentis. qđ tñ non cōtingit. ¶ Sequitur corrollarie tertio ꝙ ista est ꝯña formalis: si asinus volat asinus habꝫ pennas. ⁊ est conditionalis vera: ⁊ necessaria. licet ambe eius partes sint false ⁊ impossibiles: quia conditionalis

non capit veritatem suã a veritate partiũ:sed ex debita sequela consequentis ad antecedens qõ contingit in ꝓposito.

**Notandũ quarto.ꝙ vltima regula in hoc tractatu con**sequentiaꝝ est ista. Arguendo a tota conditionali cum destructione consequentis ad destructionẽ antecedentis:est bona cõsequentia vt bene sequit.si homo currit animal currit.sed nullũ animal currit.ergo nullus homo currit;Ratio.quia in tali argumentatione arguit a superiori ad inferius negatiue:que cõsequentia bene valz.vt dictũ est ante. ¶Sequitur corrollarie primo ꝙ destruere consequens in ꝓposito est cõtradictoriuz consequentis capere:z ipm ponere pro minori:tota conditionali posita pro maiori.sed destruere antecedens est oppositũ contradictorium consequentis sumere ponendo illud pro conclusione. ¶Sequit corrollarie scõo ꝙ arguendo a tota conditionali cum destructione antecedentis ad destructionẽ consequentis:ꝓña non valet. vt non sequit:si homo currit animal currit.sed nullus homo currit.igit nullũ animal currit. Ratio qz in tali argumentatione arguit ab inferiori ad superꝰ negatiue.q̃ cõsequentia nõ valz.vt dictũ est ante.Istis notabilibꝫ sic stantibꝫ est.

**Conclusio responsalis ista vltime quinq̃ regule in tra**ctatu consequentiaꝝ posite sunt sufficienter assignate.veritas istaꝝ regularum patet ex notabilibꝫ.

**Arguitur** primo. Non valet arguere a tota consequentia ad eius partem.probat.qz non sequitur.deus est.vel chymera est.z homo est animal.ergo chimera est.Hic arguitur a tota copulatiua ad partẽ.z consequẽtia non valet.qz stat antecedens esse veꝝ sine ꝓñte:sed ꝙ cõsequẽs sit falsuz patz.qz chimera non est.

Dico ꝙ regula intelligit arguẽdo a tota copulatiua ad eꝰ partẽ principalẽ bene valz.sz in isto argumẽto arguit a tota copulatiua ad partẽ minus principalem ipsius copulatiue.hec em chimera est:ẽ pars minꝰ principalis istius totius copulatiue deꝰ est vel chimera est.z homo est animal.z sic argumentũ non concludit.

**Arguitur** secũdo. Arguere a parte copulatiue ad totaz copulatiuã:cõsequẽtia bene valz.patz qz sequit bene.homo est animal. ergo hõ est.z deus est.pbat.quia necessariũ sequit ad qõlibet. Dico ꝙ valz materialr sz nõ formalit z vniuersaliter:qz in simili non valz.vt hõ est animal.ergo hõ est anial z hõ est asinꝰ

**Arguitur** tertio. Arguendo a tota copulatiua ad eius partẽ.consequẽtia nõvz pbat.qz nõ sequit.homo est animal z hõ est asinꝰ.ergo hõ est asinus pbat ꝙ ꝓñs est falsum.qz homo nõ est asinꝰ. Dico ꝙ regula intelligit.quando arguitur a tota copulatiua vera.tũc valz arguere ad qualibet partẽ:modo copulatiua ꝓpõ est falsa.vt ista.homo est animal.z homo est asinus.

**Arguitur** quarto. Bene valet arguere a toto copulato ad vnam eius partem igit regula decima octaua est falsa.pbat añs.quia hic sequitur.socrates z plato sũt.igit socrates est.silr hic.socrates z plato sũt entia.igit plato est ens.similiter hic.socrates z plato sũt animalia.igit socrates est animal. Dico ꝙ bñ valet talis ꝓña materialiter.sed non formaliter.vt hic non valet. socrates z plato trahunt nauem.ergo socrates trahit nauem:

**Arguitur** quinto. Regula decimanona non valet.probatur.qz non valz arguere a tota disiunctiua cuz destructiona vnꝰ partis ad aliã partẽ nõ destructã.pbat.qz hic nõ sequit.hõ est asinꝰ vel hõ est albꝰ.sz hõ nõ est albꝰ.vt ponẽdo ꝙ sit niger.ergo homo est asinus.Antecedes est veꝝ.z consequẽs falsum. Dico ꝙ nõ valz.quia regula intelligitur quando arguitur cum opposito contradictorio vel etiam aliquando contrario.sed in argumẽto ꝓpositio arguitur cũ opposito subz

contrario. ⁊ ergo argumentum non concludit

**Arguitur** sexto. A tota disiunctiua ad partem disiunctiue. consequētia bene vz ꝓbat̄. quia sequit̄ bene. homo est animal vel deꝰ est. igit̄. deus est. probat̄ ꝙ valeat. quia impossibile est añs esse verū sine consequente. ¶ Dico ꝙ bene valet materialiter: sed non formaliter. quia in simili non valet. vt hic. homo currit vl̄ asinus currit. igitur homo currit.

**Arguitur** septimo. A tota conditionali cum positione antecedentis ad positionē consequētis. nō valz arguere. igit̄ regula vigesima est male posita ꝓbat̄ añs. in omni syllogismo cōclusio debz esse alia a premissis. sed in predicto argumento conclusio non est alia a premissis. igit̄ non valet. Maior patz er diffinitione sillogismi. primo prior: cū dicit̄. Aliud quidē ab his accidit. Minor patet in isto syllogismo yppotetico. si homo currit animal currit. sed animal currit. ergo homo currit. hec ꝓpō. hō currit. est conclusio. ⁊ etiā est pars maioris. ¶ Dico licet in argumento p̄dicto conclusio non est alia a premissa minus principali: tamē est alia a p̄missa principali. ⁊ hoc sufficit. Hec em̄ est premissa totalis. si hō currit animal currit.

**Arguitur** vltimo. Non valet arguere a tota conditionali cū destructione cōsequentis ad destructionē antecedentis. ꝓbat̄. non ens nec infert nec infertur: sz destructū est non ens. igit̄ non valet arguere a tota conditionali cū destructione consequentis ad destructionē antecedentis. Maior est nota. quia nō ens non habet aliquā operationē: omne enim quod agit. agit vt est in actu. vt d̄r nono metaph̄ice. ⁊ illud non est destructum: Minor qr destructum est corruptum. Corruptum aūt est non ens. ex quo corruptio terminat̄ ad non esse. vt d̄r quinto ph̄icor. ¶ Dico verꝫ argumentū concluderet: si destructio caperetur ꝓprie pro corruptiōe: sed hic capit̄ destructio pro captione sui contradictorij: ⁊ sic accipitur hic corruptio cōmuniter logice ⁊ non phisice.

## Cum vero plurime regule consequentiarū hic omisse

sunt. que in argumentationibꝫ sepius occurrūt. pro iunior itaqꝫ exercitatiōe hic principales subiungere institui.

¶ Prima regula. Si multe sunt consequentie adiuicē connexe tunc arguendo a primo ad vltimū. consequētia bene valet. dūmodo cōsequētie intermedie sint bone ⁊ formales. vt bene sequitur. si homo currit animal currit: ⁊ si animal currit corpus animatū currit. ⁊ si corpus animatū currit substantia currit. tunc a primo ad vltimū sequitur bene. si homo currit substantia currit: Ratio regule. qr in omnibꝫ his ꝯñtijs arguitur ab inferiori ad superius affirmatiue ⁊ sine distributione. mō arguere ab inferiori ad superius affirmatiue ⁊ sine distributione. consequētia bene valet. Sequit̄ corrollarie primo ꝙ hec cōsequētia non valz. Qui bene bibit bene dormit. ⁊ qui dormit non peccat. ⁊ qui non peccat saluabit̄. tunc a primo ad vltimū non sequitur. qui bene bibit saluabit̄. Ratio quare non valet. quia consequētie intermedie nō sunt formales qr stat aliquē fortiter bibere. ⁊ postea non dormire. non etiā sequit̄ qui dormit nō peccat. quia aliquis in somno pōt peccare. si occasio peccati. vt mala volnntas p̄cessit in vigilia Sequitur corrollarie scd̄o ꝙ hec cōsequentia non valet per istam regulaz si nullū tempus ē dies non est. ⁊ si dies nō est nox est ⁊ si nox est: aliqd̄ tempus est: tūc a primo ad vltimū. si nullū tempus est: aliqd̄ tempus est: vnū enim contradictorium non infert aliud. Ratio quare non sequit̄. qr cōsequentie intermedie non sunt formales. qr non sequit̄. si dies non est. ꝙ ergo nox sit. quia datur mediū inter diē ⁊ noctem vt diluculū: Similiter etiā si nox nō est. ergo dies est. qr scd̄m astronomos dat̄ mediū

inter diē ⁊ noctē de mane diluculum: ⁊ tempore vespertino crepusculū:

¶ Scda regla. In omi bona ꝯña quicqd sequit ad ꝯñs h idē etiā sequit ad añs. vt hec ꝯñtia est bona. hō currit: g aial currit. qꝛ in ea arguit ab iferiori ad superi⁹ affirmatie. ⁊ sine distributiōe tūc qdqd seqt ad h ꝯñs. aial currit: etiā seqt ad h añs. hō currit. Ad h āt ꝯñs aial currit sequit corp⁹ animatū currit. corp⁹ currit. sbstātia currit. ⁊ ergo hec omnia sequunt ad hoc añs hō currit. qꝛ sequit bene. hō currit. igit corpus animatū currit: similiter corpus currit. similiter substātia currit. Rō qꝛ in omnibꝫ his ꝯñtijs arguit ab inferiori ad superi⁹ ⁊ sine distributione. que ꝯña est bona. vt dictū est in vna regula consequentiaꝝ. Rō etiā alia est ista. qa qdqd est superi⁹. superiore etiā est superius inferiore. vt substātia est superius ad animal. ⁊ animal est superi⁹ ad hominē. ergo etiā substātia est superius ad hominē. ita etiam de alijs predicatis. vt corpus. corpus animatū.

¶ Tertia regula. In omi ꝯña bona ⁊ formali quidqd antecedit añs. hoc etiā antecedit ⁊ ꝯñs idem inferi⁹ ad ꝯñs. vt hō currit. ergo animal currit. est consequētia bona ⁊ formalis. capiendo ꝯsequentiā formalē cōmuniter. ⁊ hoc antecedens hō currit. antecedit hoc quod est iohs currit. qꝛ sequit bene. iohānes currit: ergo hō currit. tūc hoc. iohs currit etiā antecedit hoc quod est animal currit. ⁊ est inferius ad ipm ⁊ omnes iste tenent scdm modū ⁊ formā arguendi ab inferiori ad superius affirmatiue. ⁊ sine distributione. Ratio regule. quia quidqd est inferius inferiore. hoc etiā est inferi⁹ superiore. vt iohs est inferius ad hominē. ⁊ hō est inferius ad animal. ergo etiā iohs est inferi⁹ ad animal.

¶ Quarta regula est ista. Arguendo a particulari ad suā indefinitā siue affirmatiue siue negatiue. ꝯña bene valet: Exemplū vbi affirmatiue. quidā hō currit ergo homo currit. Exemplū vbi negatiue. vt quidā hō non currit: ergo hō non currit. Ratio regule. qꝛ indefinita ⁊ sua particularis equipollent quo ad veritatē ⁊ falsitatez ⁊ termini in eis eodē mō supponūt. mō ab equiualenti ad equiualens est bona ꝯña. ¶ Dico notāter ꝙ indefinita ⁊ sua particularis equipollēt quo ad veritatē ⁊ falsitatē. qꝛ quo ad quatitatē nō equipollent. sūt enim diuersaꝝ quātitatum. quia quantitas indefinita ⁊ particularis differunt specifice

¶ Quinta regula. Arguēdo ab vniuersali affirmatiua ad suā singularē affirmatiuā ꝯña nō valz formaliter sine cōstantia inferioris. vt ista ꝯña non valz absolute. omis hō est animal. igit iohs est animal. qꝛ ex necessario sequeret cōtingens. hec em̄ est necessaria. omis hō est animal. qꝛ gen⁹ predicat de specie. ⁊ omnis talis est necessaria vt dr pmo posterioꝝ. sz hec est cōtingēs. iohs est animal. qꝛ subiectū supponit pro re corruptibili. mō omnis ꝓpositio in qua subiectū supponit pro re corruptibili est contingens Dico in regula. sine constantia inferioris. qꝛ ponendo cōstantiā inferioris bene valet. vt bene sequit. omnis homo est animal. ⁊ iohānes est. ergo iohs est animal quia tunc in tali modo arguendi importatur necessitas inferioris ⁊ existētia. vnde et dicit pmo periermeniaꝝ. Omne qd est interim ꝙ est. necesse est ipsum esse. Dico etiā in regula ꝙ non valet formaliter. quia materialiter bene valet sine constantia: vt omnis sol lucet igit sol lucet. Similiter hic. omnis deus est. igit iste de⁹ est. qꝛ necessariū sequit ad qdlibet. similit hic. omis hō est asin⁹: ergo iste hō est asin⁹. qꝛ ad impossibile sequit qdlibet.

¶ Sexta regula. Arguēdo ab vniuersali negatiua ad suā singularez negatiuā: ꝯña bene valet. vt bene sequit. nullus homo currit. ergo iohs non currit. Ratio. quia arguit a superiori ad inferius negatiue. q ꝯña bene valet.

¶ Septima regula. Arguendo a singulari negatiua ad particularē vel indefinitam ꝯña non valz. vt nō sequit. Iste hō nō est animal. ergo hō non est animal. Ratio. qꝛ si valeret. tunc ex opposito contradictorio cōsequētis deberet sequi oppositū contradictoriū antecedentis. vt deductū est in vna regula consequentiaꝝ. oppositū contra-

dictoriū huiꝰ ꝯñtis.hō nō est animal.est illa.ergo omnis hō est animal.oppositū cō-
tradictoriū huiꝰ añtis:iste hō nō est animal est hoc.iste hō est animal.mō ista ꝯña.nō
vz.omis hō est animal:ergo iste hō est animal.vt dixit regula quinta.qꝛ tūc ex neces
sario sequeret cōtingēs.ꝛ añs posset esse verū sine ꝯñte.q̄ sūt cōtra principia logice.
¶ Octaua regula: Arguēdo a singulari affirmatiue ad suā particularē affirmatiuā
vel indefinitā.ꝯña bene vz.sꝫ ecōuerso nō.vt hec ꝯña bene valet. Iste homo currit:
ergo hō currit.vel quidā hō currit. Rō.qꝛ arguit ab inferiori ad superiꝰ affirmatiue
ꝛ sine distributione.q̄ ꝯña bene valet.sꝫ ecōuerso nō valꝫ.hō currit vel quidā homo
currit.ergo iste homo currit.quia arguitur a superiori ad inferius affirmatiue ꝛ sine
distributione.que ꝯña non valet.
¶ Nona regula. Subiectis existentibꝰ eisdē:ꝛ p̄dicatis variatꝫ ſm sub ꝛ supra ꝯña
bene valꝫ.vt iohs est hō.ergo iohs est animal. Silr hic.socrates fuit albꝰ heri.ergo
socrates fuit albꝰ.albꝰ heri est inferiꝰ ad albꝰ.qꝛ est vnū principiū logice:terminꝰ sum
ptus cū additione est inferior ad seip̄m sine additione. Rō huiꝰ regule.qꝛ tūc arguit
ab inferiori ad superiꝰ affirmatiue ꝛ sine distributione.q̄ ꝯña bñ vz. Sequit cor
rollarie in regula.per sub intelligit inferius.per supra superius.
Decima regula. Omis ꝯña syllogistica est bona ꝛ formalis in qua ex opposito
cōtradictorio cōclusionis cū altera p̄missaꝝ sequit oppositū cōtradictoriū alteriꝰ p̄-
misse.vt hec ꝯña syllogistica est bona.omis hō currit.iohs est hō.igit iohs currit in
darij.ꝛ bene sequit.iohs nō currit ꝛ iohs est hō.igitur quidā hō nō currit.tenet ꝯña
p syllogismū expositoriū in tertia figura.sic omnis ꝯña enthimematica est bona in q̄
ex opposito cōtradictorio ꝯñtis seqtur oppositū cōtradictoriū antecedentis.vt dictū
est ante in ꝯñtijs.vt hec bona est ꝯña enthimematica.hō currit. ḡ animal currit.ab
inferiori ad superius affirmatiue.ꝛ ex opposito cōtradictorio ꝯñtis.s.nullū animal cur
rit sequitur oppositū contradictoriū añtis.nullus homo currit.a superiori negata ad
inferius.
Undecima regula. Quando subiecta sunt eadez.ꝛ copule eedē ꝛ predicata con
uertūtur inter se.ꝯña bene vz.vt bene seqtur.socrates est hō.ergo socrates ē animal
rationale. Rō qꝛ tūc arguitur a cōuertibili ad cōuertibile.q̄ ꝯña bene valet.
Duodecima regula. De quolibet dicit alteꝝ contradictoriorū:ꝛ de nullo ambo
simul:idem de quolibet termino singulari d̄r ꝛ predicatur ꝛ verificatur alteꝝ ꝯtradi
ctoriorum incōplexoꝝ.vt hō non hō sunt contradicoria incōplexa.ꝛ de iohāne predi
catur vnū illoꝝ vere.vt hec est vera.iohānes est homo.ista autem est falsa. iohānes
est non homo. Ratio quia contradictio fundat super esse ꝛ non esse. Dicitur em̄
in predicamentis. Contradictio est affirmatio ꝛ negatio opposite.modo affirmatio
dicitur esse.negatio autē non esse.impossibile est autē aliquaꝫ rem simul esse ꝛ non es
se.vt dicitur quarto metaphisice.
Tredecima regula. Ad alietatē consequētis sequitur alietas antecedētis:vt hec
consequentia est bona.socrates est homo.ergo socrates est animal.est enim ab inferi
ori ad superius affirmatiue ꝛ sine distributione.que consequentia est bona.ꝛ bene se
quitur arguendo a ꝓpositione que fuit cōsequens in qua superiori additur hoc signuꝫ
aliud ad ꝓpositionez que fuit antecedens inferiori etiam addendo signum aliud.sic
arguendo.socrates est aliud ab animali.ergo socrates ē aliud ab homine.tenet con-
sequentia a superiori distributo ad inferius.
Quartadecima regula. Arguendo ab inferiori ad superius cum his dictionibꝰ:
differt:aliud non idem.diuersum.ꝛ alijs dictionibꝰ importantibus carentiam ꝛ pri-
uationem.consequētia non valet.vt non sequitur. Ioannes differt a lapide.ergo io-
hannes differt a substantia. Antecedēs est verum.ꝛ consequens falsum. Et ratio q̄-
re non valet.quia tunc arguit ab inferiori ad superius distributiue:modo arguendo

ab inferiori ad superius distributiue consequētia non valet.

Quindecima regula. Arguendo ab actiuo ad suum passiuum: consequentia bene valet. id est arguendo a propositione in qua ponitur verbum actiuum ad propositionem in qua ponitur verbum suum passiuum. consequentia bene valet. vt bene sequitur. Johannes amat petrum. igitur petrus amatur a iohāne Similiter iohānes percutit petrum igitur petrus percutitur a iohanne. Ratio quia dicitur in predicamentis. Proprium est actionis ꝛ agentis ex se inferre passionem alteri. In tali aūt argumentatione debet obseruari ꝙ si post verbum actiuum in antecedente ponitur accusatiuus. tunc talis accusatiuus debet mutari in consequente in nominatiuum. ꝛ nominatiuus positus in antecedente pro supposito in consequente debet mutari in ablatiuum. mediante prepositione a vel ab. vt iohannes diligit petrum.

**Arguitur** sic. Petrus diligitur a iohanne. sed quando in antecedente circa verbum actiuū non ponitur accusatiuus tunc arguendo ab actiuo ad passiuum in consequēte debet poni iste terminus transcendens aliquid: vt ioannes legit igit aliquid legitur.

Sedecima regula. Arguendo ab exponentib⁹ simul sumptis ad expositam. ē bona consequentia. ꝛ econuerso. vt bene sequitur. homo currit. ꝛ nihil aliud ab homine currit. igitur tantum homo currit. ꝛ econuerso. ab exposita ad exponentes simul sumptas bene sequitur. vt tantum homo currit. igitur homo currit. ꝛ nihil aliud ab homine currit. Ratio. quia exponētes simul sumpte cōuertunt quo ad veritatē vel falsitatē cū exposita. modo a conuertibili ad conuertibile. consequentia bene valet Dico notanter ꝙ exponētes ꝛ exposita conuertunt quo ad veritatē ꝛ falsitatem. si enim exposita est vera ꝛ exponentes erunt vere. quia non conuertuntur quo ad esse ꝓpōis Exposita enim est ꝓpositio categorica. ꝛ exponentes ypotetica simul sumpta.

Decimaseptima regula. Arguendo a descendēnb⁹ simul sūptis ad descensaz. est bona consequētia. ꝛ econuerso: vt bene sequitur. omnis homo currit. igitur iste homo currit si sit. ꝛ iste homo currit si sit. ꝛ sic de singulis. ꝛ econuerso bene sequitur. iste hō currit si sit. ꝛ iste homo currit si sit. ergo omnis homo currit. Ratio. quia descendentes conuertuntur cum descensa quo ad veritatem ꝛ falsitatem propositionis. ꝛ econuerso.

Decima octaua regula. Arguēdo ab affirmatiua de predicato infinito ad negatiuā de predicato finito. consequentia bene valet. vt bene sequitur. homo est non iustus. igitur homo non est iustus. ꝛ requiritur ꝙ totum predicatum debet infinitari. et ergo non sequitur tu vides non hominē. vt si viderem hominē ꝛ equū simul. ergo tu non vides hominez. sed debet sic argui. tu es non videns hominē. igitur tu nō vides hominem. Sic hic etiam non valet. iudei crucifixerunt non iesuz quia latronem. ergo iudei non crucifixerunt iesuz. quia totuz predicatū in antecedente non infinitatur sed deberet sic argui. Judei fuerunt non crucifigentes iesuz. igitur iudei non crucifixerunt iesum. modo antecedens est falsuz. ꝛ per consequens etiam consequens. Similiter hic male arguitur. In zvisla est non aqua quia lapis. ergo in zvisla non est aqua. sed debet sic argui. ens in zvisla est non aqua. vt lapis. ergo ens in zvisla non est aqua: ꝛ hoc est verum de lapide vel pisce.

Decimanona regula. Arguendo ab affirmatiua de predicato finito sequitur negatiua de predicato infinito. vt bene sequitur. homo est iustus. igitur homo non ē nō iustus. Ratio. quia impossibile est antecedens esse verum sine consequente. ꝛ etiam ꝓpositiones conuertuntur inter se. modo a conuertibili ad conuertibile. bene valet cōsequentia.

Vigesima regula. Arguendo a negatiua de predicato finito sequitur affir-

matiua de predicato infinito cũ constantia subiecti. vt bene sequit̃. homo non est alb⁹ ⁊ hõ est. ergo hõ est non alb⁹ Dico notanter cũ constantia. qꝛ sine constantia non valeret. vt non sequit̃ socrates non est iustus. ponẽdo ꝙ sit mortuus. ergo socrates ẽ (non iustus.

¶ Vigesima prima regula. Arguendo a negatiua de predicato infinito sequit̃ affirmatiua de p̃dicato finito cũ ꝯstãtia sbiecti. vt bñ sequit̃. socrates nõ ẽ nõ iust⁹ ⁊ socrates est. ergo socrates ẽ iust⁹. Sequit̃ corrol. ꝙ qñ arguit̃ ab affirmatiuis ad negatiuas: arguit̃ sine constantia subiecti. sed qñ arguit̃ a negatiuis ad affirmatiuas. arguit̃ cũ cõstantia subiecti. Ratio diuersitatis est hec: qꝛ negatiua nihil ponit se sola: sed affirmatiua se sola aliquid ponit ⁊ ergo in negatiuis additur cõstãtia subiecti. qđ non oportet esse in affirmatiuis. Sequit̃ corrollarie ꝙ pura negatiua non infert affirmatiuã. Ratio qꝛ semp causa debet esse dignior q̃ꝫ effectus ⁊ prestantior. vt dicit autor de causis: nã affirmatio est dignior pura negatione. vt dr̃ primo posterioꝝ. Et ergo Aris. ostẽdit similit̃ primo p̃oꝝ. ꝙ ex puris negatiuis est cõiugatio inutilis. ⁊ nihil sequitur. sed ex puris affirmatiuis aliquid sequitur. similiter ex vna affirmatiua ⁊ alia negatiua aliquid sequit̃.

¶ Vigesima secunda regula. A diuisis ad cõiuncta ꝯña bene valet. vt bene sequitur. iohes est alb⁹. ⁊ iohs est homo. ergo iohes est alb⁹ homo. vñ arguere a diuisis ad cõiuncta est arguere a duab⁹ cathegoricis positis pro añte in quib⁹ duo predicata p̃dicant̃ diuisim de eodẽ termino singulari ad vnã cathegoricam in qua eadem p̃dicata predicant̃ de eodem termino singulari in ꝯñte. vt iohs est magnus. ⁊ iohs est homo ergo iohs est magnus hõ. illa aũt predicata in quib⁹ ſm regulã arguit̃ nõ debẽt ambo esse accidentalia. qꝛ tunc non sequeret̃. vt non sequit̃. Iste canis est tuus. ⁊ canis est pater. igit̃ canis est tuus pater. Ista enim predicata tuus ⁊ pater ambo sunt accidentalia. tuus importat possessionẽ. ⁊ pater relationẽ. sed vn⁹ debet esse substantial̃ vt in plurimũ. ⁊ alter accidentalis.

¶ Vigesima tertia regula. Arguendo a coniũcta ad diuisa: est ꝯña bona. vt bene sequitur. iohs est alb⁹ homo. ergo iohs est alb⁹. ⁊ iohãnes est homo. Vñ arguere a coniũctis ad diuisa. est arguere ab vna ꝓpõne cathegorica posita pro añte in qua duo termini quoꝝ vnus habet se vt determinatio ⁊ alter vt determinabile predicant̃ de termino aliquo singulari coniuncta ad vnã yppoteticã in qua cõtinent̃ due cathegorice in quib⁹ illa predicata predicant̃ diuisim: ⁊ de eodẽ termino singulari. vt iohs est magnus. ergo iohs est magn⁹ ⁊ iohs est hõ. Sequit̃ corrollarie qñ arguit̃ in ambobus terminis accidentalib⁹. ꝯña non valet. vt iohs est alb⁹ monachus. ponẽdo ꝙ iohãnes sit monachus in religione in qua portãt albas vestes: vt in religione carmelitaꝝ non sequit̃. ergo iohs est alb⁹. ⁊ iohãnes est monachus. iohs em̃ põt esse niger in colore corpis. ⁊ esse alb⁹ monachus ratione habit⁹.

¶ Vigesima quarta regula. Nomina ⁊ verba transposita idem ſcant id est. nomina ꝓpter solam transpositionẽ eoꝝ. similiter verba ꝓpter eoꝝ solaꝫ transpositionẽ nõ mutãt eoꝝ ſcationẽ: vt sicut bene dicit̃. homo est animal: sic bene dicit̃. animal est homo. ⁊ sicut vna est vera. sic ⁊ alia. Ratio regule est ista. quia transpositio nominũ ⁊ verborũ est accidentalis. ſcatio aũt dictionũ est essentialis. modo accidentale non auffert essentiale. intelligit̃ aũt regula. ceteris paribus. vt manente eadẽ suppõne terminorũ. ampliatione. restrictione. ⁊ ceteris ꝓprietatibus terminoꝝ. ⁊ ergo non sequit̃. homo ẽ mortuus. igit̃ mortuũ est. quia in prima iste terminus homo ampliat̃ ratione huius participij p̃teriti temporis pro illo qui est vel fuit homo. est mortuus.

¶ Vigesima quinta regula. Arguendo a sinonimo ad sinonimum est ꝯña bona. vñ bene sequit̃. Cicero currit. ergo Tullius currit. tenꝫ ꝯña. quia Marcus tullius cicero sunt tria synonima. Termini em̃ synonimi sũt qui ſcant idẽ adequate. ꝓpõnes aũt synonime sũt ꝓpões constitute ex terminis synonimis. Sequit̃ corrollarie ꝙ homo ⁊

risibile non sunt termini synonimi. qꝛ licet ſcant idem. nō tñ eodē mō. qꝛ hō significat absolute hominē. ſꝫ risibile ſcat hominē cōnotando ei inesse aptitudinē ad ridendum

Sequiť corrollarie ꝙ hō ⁊ animal nō sunt termini synonimi. qꝛ licet ſcant idem: qꝛ iohs est hō ⁊ animal. tñ nō ſcant idē adequate. qꝛ anīal ſcat latius q̄ꝫ homo.

¶ Uigesimasexta regula. Arguendo a diffinitione ad diffinitum. vel a descriptione ad descriptū: vel a nominis interpretatione cōuertibili ad interpretatum. ꝯña bene valet. Exemplū primi. vt bene sequiť. iohs est animal rationale. ergo iohs est homo Exemplū scdi. vt bene sequiť. animal aptū natum ad ridendū currit. ergo hō currit Exemplū tertij. Amator sapientie diligit sapientiā. igiť philosophꝰ diligit sapientiaꝫ Philosophus em̄ interpretatur quasi amator sapientie. Diciť em̄ phūs a philos grece: quod est amor latine. ⁊ zophos sapientia. quasi amator sapientie.

¶ Uigesimaseptima regula. Arguendo a parte in modo ad totū in mō affirmatiue ⁊ sine distributione. ꝯña bene valet. vt bene sequiť. albꝰ hō currit. igiť hō currit. Ratio qꝛ sic arguiť ab inferiori ad superius affirmatiue ⁊ sine distributione. vnde pars in mō est terminꝰ cōmunis sumptꝰ sine determinatione accidētali. vt albꝰ hō. Sꝫ totū in mō est terminꝰ cōmunis sumptꝰ sine distributione accidentali. vt homo

¶ Uigesimaoctaua regula. Arguēdo a toto in mō ad partē in mō distributiue siue affirmatiue siue negatiue. ꝯña bene valꝫ. Exemplum vbi negatiue ⁊ distributine. vt nullus hō currit. igiť nullus albꝰ hō currit. Exemplū vbi distributiue affirmatiue. vt om̄is homo currit. igiť omnis homo albꝰ currit. Ratio regule. quia tunc arguiť a superiori ad inferius distributiue. que ꝯña bene valet.

¶ Uigesimanona regula. A toto copulato ad partē copulati. nō valꝫ ꝯña formaliter vt iohs ⁊ petrus habēt quattuor pedes: igiť. iohs habet quattuor pedes. Similiť nō sequiť. materia ⁊ forma sūt hō. igiť materia est hō. aliqñ valꝫ materialiter. vt hic bene sequiť. iohs ⁊ petrus sūt homines. ergo iohs est hō. tūc ergo valet. qñ verbū substantiuū sequiť post coniunctionē ⁊ alteꝝ exemplū. vt hic. iohs ⁊ petrus sūt nequam. ergo iohs est nequam.

¶ Trigesima regula. Arguendo a toto disiuncto ad partē disiuncti: ꝯña nō valet. vt non sequiť. hō vel asinus est rationalis. ergo asinus est rationalis. Similiter non seq̄tur. hō vel asinꝰ currit. igiť hō currit. posito ꝙ asinus currat: Ratio. qꝛ tunc arguiť virtualiter a superiori ad inferius sine distributione.

¶ Trigesima prima regula. Arguendo a parte disiūcti affirmatiue ad totū disiūctū ꝯña bene valet. vt hō est rationalis. igiť hō vel asinus est ratiōalis. Similiter homo currit. igiť hō vel asinus currit. Ratio qꝛ tūc virtualiter arguiť ab inferiori ad superius affirmatiue ⁊ sine distributione. que ꝯña bene valet.

Trigesima secūda regula. Arguendo a toto in q̄ꝫtitate ad partē in quantitate: cōsequētia bene valꝫ. vt bene sequiť. hō est omne animal. ergo hō est animal. vnde totū in quātitate est terminꝰ cōmunis sumptꝰ cū signo vl̄i siue affirmatiuo siue negatiuo de affirmatiuo. vt omnis hō. de negatiuo vt nullus hō. ſꝫ pars in quātitate est terminus sumptus sine signo vniuersali affirmatiuo vel negatiuo. vt animal. homo.

Trigesima quarta regula. Arguendo ab est tertio adiacente ad est scdm adiacens in terminis supponentibꝰ. ꝯña bene valꝫ. vt bene sequiť hō est animal. igitur hō est. Et de ista regula dictū est ante Dico notanter in terminis supponentibꝰ. quia in terminis non supponētibꝰ vel fictis. non valet. vt non sequiť. chimera est chimera. ergo chymera est. Iste em̄ terminus chimera non supponit. exquo est terminꝰ fictus ⁊ nō potest verificari pro aliquo. Similiter nō sequiť. vacuū est locus non repletus corpore. vt dr. iiij. phicoꝝ. ergo vacuū est.

Trigesima quinta regula. Ab est scdo adiacente ad est tertiū adiacens. ꝯña valet negatiue. vt bene sequiť. socrates nō est. ergo socrates non est homo.

¶ Trigesima sextra regula. Arguendo ab eodem ad idem. est ꝓña bona. nō quidem pbatiua sed illatiua. idem em̄ infert seipm̄: sed idez non pbat seipm̄. vt bene sequit hō currit. ergo homo currit. Ratio aūt quare idem non pbat seipm̄. qz omnis pbatio debet fieri per notius. idem aūt non est notius seipo

¶ Trigesima septima regula. Arguendo a posse ad posse. est ꝓña bona. vt bene sequitur. iohs est homo. igit iohs potest esse hō. z intelligit regula sine distributione. qz cū distributione nō valz. vt non sequitur. omne currens est asinus. ergo omne currēs pōt esse asinus. Per esse intelligit in ꝓposito ꝓpō cathegorica que ꝯcat rez esse Per posse esse intelligitur in ꝓposito ꝓpositio cathegorica que ꝯcat rem posse esse

¶ Trigesima octaua regula. Arguendo a posse ad esse disiunctiue z affirmatiue. cō sequētia pene valet. vt bene sequit. socrates potest esse omnis hō. z socrates est. igit socrates est om̄is homo.

¶ Trigesimanona regula. Causa in actu infert effectū in actu. z econuerso. Dicitur em̄ scōo phicoꝝ. causa in actu z effectus sunt simul. vt bene sequit. domificans est. ergo domus fit. z econuerso domus fit. igitur domificans est.

¶ Quadragesima regula z vltima. In omnib⁹ regulis precedentib⁹ hoc gerundiuz arguendo pro se positū sine adiunctione verbi vel participij ponit absolute z facit p positionē ypoteticā resolubilez per si per quia vel per dū. z sic ista. arguendo ab inferiori ad superi⁹ affirmatiue. est bona ꝓña. valz tantū. si arguit. dū arguit. quia arguit ab inferiori ad superius affirmatiue est ꝓña bona. Est enim regula generalis in logica gerundia in do terminata per se posita sine verbo adiectuo vel participio ponūtur in designatione ꝓñe. z faciunt ypoteticā causalē conditionalem aut temporalem scōm diuersam resolutionē.

¶ Finit exercitiū super omnes tractatus paruoꝝ logicaliū Petri hispani. Magistri Johānis Glogouiēsis alme florē tissimeqꝫ vniuersitatis studij Cracouiensis maioris Collegij artistaꝝ collegiatu: z ad sanctū florianū Canonici Impzessuz Argētine p Joānē knob louch. Anno dñi. M. D. xvij. die xo mēsis. xx. Dar cij.

# Circa inicium tractatus obligatoriorum

Queritur primo.quare iste tractatus ꝛ sequẽtes sequũtur precedentes. ¶Dicendũ ꝙ ideo.qz p̃cedentes tractatus subordinantur veteri logice.eũ in eis determinat de ꝓprietatib̃ terminoꝝ qui termini sunt partes argumentationis:sed tres vltimi subordinantur noue logice.qz hic determinat de quibusdã argumentationib̃ vel de his que statim in argumentationem ordinant.simplex aũt est ante cõpositum.ideo patet ratio ordinis. Sed ratio ordinis istorũ tractatuꝝ inter se est:qz semper isti sequunt que magis accedunt ad nouã logicã.ꝛ isti precedunt que habent ordinẽ ꝛ cõuenientiã cum veteri logica. Et sic tractatus obligatoriorum est primus.qz obligans fit in vna ꝓpositione tm̃:dũmodo est admissa aut negata.sed tñ finis obligationis nunq̃ fit nisi in argumentatione.quia aliquis intendit per obligationem aliqua possibilia concessa:ducere ad aliqđ impossibile.qđ non fit nisi in argumentatione. Sed insolubilitas non est nisi in duab̃ ꝓpositionib̃.quarum vna implicite continet in alia:licet nonsc̃m actũ explicitum:sicut in ista ꝓpositione. Omnis ꝓpositio est negatiua:implicite includitur in sua contradictoria.si aliqua proponitur due ꝓnes explicite.ꝛ ideo ibi est maior accessus ad nouã logicam.vt dicendo.homo currit.ergo animal currit. Primo ergo loco ponitur tractatus obligatoriuꝝ in cuius exordio tãgit duo principia.ex quib̃ tractatus obligatoriorꝝ ꝛ insolubiliuꝝ eliciuntur.ꝛ quia principiũ tractatus insolubiliũ postea tangit:ideo hic solum cõsiderandum est qđ sit principiũ istius tractatus. Pro quo notandu ꝙ principium ex quo iste tractatus obligatoriorum elicitur.sumitur ex nono metaphice.ꝛ primo ꝑior. vbi dicit Aristo.ꝙ possibili posito ineſſe.nullũ sequitur incõueniẽs vel impossibile.ꝛ ideo tota scientia ista in illo principio fundatur.qz scientia obligatoriorum in hoc cõsistit ꝙ aliquis concedat multa possibilia fm conditionem obligationis ꝛ illa sic defendat ne cogatur ex illis concedere aliqđ impossibile:licet aliquando ꝛ sepe cogat concedere aliquod falsum.

## Queritur primo.quid sit subiectũ tractatus libri obligatoriorũ

Dicendum ꝙ ꝓpositio obligatoria est ꝓ̃ ad cuius affirmationẽ vel negationem facta est obligatio:quia de illa ꝓpositione hic principaliter determinat.et passio principalis.scz obligatio demonstratur sibi ineſſe per proꝓia principia.igitur Et tamen iste tractatus intitulatur tractatus obligationuꝝ siue de obligatione. quia scientie consueuerunt denominari ab illo qđ est nobis notꝰ in illa scientia: ꝛ hoc cõmuniter est passio:quia nos imponimus rebus nomina fm ꝙ res cognoscimus.licꝫ tñ multa alia in scientia.s.principia ꝛ subiectũ sunt notioꝛa quo ad naturã.

**Arguitur** Obligatio spectat ad iuristas.ergo non ad logicum. Dicendum ꝙ duplex est obligatio:Quedaꝫ est realis.que est iuris vinculum quo quis ex necessitate stringitur alicui soluende rei secunduꝫ nostre ciuitatis iura.ꝛ causatur ex contractu quodam qui est inter ementem ꝛ vendentẽ.vel etiaꝫ sc̃m aliam cõmutationẽ:ꝛ sic spectat ad iuristas: Alio modo accipitur similitudinarie.put accipitur sc̃m similitudinẽ realis obligationis:siue ciuilis. Et sic accipitur hic. quia sicut in reali obligatiõe aliquis obligatur ex eo alteri ꝙ aliquid ab eo recipit:sic etiã respõdens quando recipit ꝓpõnem fm aliquẽ statuꝫ ab opponẽte:tunc statim est obligatꝰ ad respondendũ sibi sc̃m exigentiaꝫ talis ꝓpositionis admisse.

¶Queritur quis sit finis istius tractatus. Dicendum ꝙ eius duplex est finis. Vnus principalis.que est vt aliquis per notitiam eoꝝ que hic dicuntur euitet deceptionem ꝛ inconueniens scilicet concessionẽ contradictoriarũ ꝓpositionũ. Alius est mꝰ

principalis qui est ducere respondentē ad contradictoria. Et ꝺr minus principalis, quis scientia potius respicit scientē. cum sit perfectio eius. ꝙ respiciat illum ad quem scientia dirigit.

Inclitus philosophoꝝ princeps Aris. scḋo ethico. ars inquit ꝛ virtꝰ sūt circa difficilia. Tangit añt signanter duo sub breuiloquio que sua cōsueuerūt difficultate nocios dire illaqueare. primū ponit primo poꝛ. ꝛ nono metaphisice. videlicꝫ. possibili posito ineſſe nullū sequit impossibile. Scḋm habet quarto metaphice de quodā speciali ac quasi monstruoso genere ꝓponꝫ. que sua fcatione interimūt seipas. qꝛ ex ita esse sicut directa fcatione repꝛesentāt quadā reflexione se falsificant: quaꝓter paterna autoris sollicitudo sub duob⁹ opusculis. scꝫ tractatu obligationū ꝛ tractatu insolubiliū artem pstrinxit: qua imbuti nouitij respōdēdo ꝛ opponēdo se valeant a laqueis eruere: ꝛ alios imperitos tenaciter irritare. Itaqꝫ ad pfata opuscula manū mittēs tractatū de obligatoꝛiis primo aggrediendo: quoꝝūdā terminoꝝ restat descriptiones pmittere. Scḋo nōnullas regulas necessarias apponere. deinde tertio paucoꝝ exēploꝝ practicā gratia plenioris declarationis finaliter subiungere. Quantum ad primū ponit descriptio obligatiōis: que ab aliquib⁹ dat talis. Obligatio est pfixio alicuius enunciabilis ad sustinendū fm aliquem statum. videlicet affirmatiue. negatiue vel dubitatiue. potest etiam aliter describi. Obligatio est pfixio alicuius enūciabil⁹ possibilis ad sustinendū: ne sequat impossibile. que descriptio cōsonat ꝓpōni. Aris. primo pri. que est ꝙ concesso vel admisso possibili nullū sequit impossibile. ꝙuis descendēdo fm triplicē statū solet hoc euenire. Et notandū ꝙ sicut nō est pfixio perfecta nisi respondentis cōcessus interueniat: ita ꝓprie obligatio non est nisi respōdens qđ sibi pfigitur admittat. Si em opponēs dicat. pono tibi istā. omnis hō est rome. non est facta obligatio: donec dicat respondens. admitto. quo facto est quasi inter opponentē ꝛ respondentē quedā litis cōtestatio: ꝛ illa est pars obligationis ad quam sustinendam infra tempus obligationis ipse respondens sua admissione restringitur Iste est tractatus obligatoꝛiꝝ in cuius exoꝛdio tāgit principia ex quib⁹ tractat⁹ obligatoꝛiꝝ ꝛ insolubiliū trahunt. dicens vt patet in littera. Deinde aggreditur tractatū obligatoꝛiꝝ quē subdiuidit in tres partes. In prima ponit descriptiones aliquoꝝ terminoꝝ in hac arte necessarioꝝ. in scḋa ponit quasdaꝫ regulas quib⁹ intellectus in hac arte regulat. In tertia subiungit quorundā exemploꝝ practicā gratia plenioris declarationis. Quantū ad primū ponit duas diffinitiones. quaꝝ prima est generalis. ꝛ scḋa specialis. Prima est. Obligatio est pfixio alicuius enunciabilis ad sustinendū fm aliquē statū. scꝫ affirmatiuū negatiuū vel dubitatiuū. Scḋa diffinitio est. Obligatio est pfixio alicuius enunciabilis possibilis vt sustineat. ne sequatur aliqđ impossibile. Et ista scḋa diffinitio arridet dicto aristo. ex quo iste tractatus sumit.

Queritur quare hic diffinit obligatio. Dicenduꝫ ꝙ ideo. qꝛ est passio principalis in isto tractatu cōsiderata. sicut suppō in libro suppositionū. sicut ergo in libro suppositionū diffinit suppō. ꝛ etiā illa que ad suppositiones ordinant ibi traduntur. sic etiaꝫ determinat hic de obligatione. ꝛ de his que ad ipsam ordinantur.

